

ab agro animalia, quæ ibi pascuntur eo invito.

¶ Quarto constat, quia herba naturaliter producta & sponte nata in agro meo mea est, ex ratione text. in l. qua ratione & in l. adeò § ult. ff. de acquir. rerum dominio. l. solum, §. 1. ff. de rei vendic. ergo nullus poterit eam depascere me invito. Quam rationem expressim tradit Stephanus Bertrandus in consi. 1. n. 6. lib. 3.

¶ Quinto, si jure servitutis potest compete-re alicui jus pascendi in agro alieno: ergo & pre-tio ac pecunia constitui poterit illa servitus. Quod nemo negabit qui servitutum materiam tractaverit: cum & conventione constitui possit servitus data pecunia, l. quoties. in 2. ff. de servit. unde non debetur gratis pastus iste: & ideo herba vendi potest; atque item prohiberi à domino fundi pastus animalium, etiamsi fructus pen-dentes non sint.

¶ Sexto, ad rem istam amplius aperiendam expendere conabor rationes, quibus auctores contrariæ opinionis utuntur, vel uti possunt. Nam illa opinio probatur vel ex eo, quod pastus domino agri non noceat, utilis verò sit ut pascenti propria animalia. Et profectò hæc ratio cef-sat: quia domino agri volenti herbam illic nascentem vendere, falce secare aut propriis animalibus pascendis illæsam servare, damnum, & præjudicium fit, si in eo invito herbam illam alter depascere tentaverit. Vel eadem sententia stabilitur ea ratione, qua herba, ut fructus naturalis nulla industria, nec labore prove-niens sit omnibus vicinis communis, ut quidam opinantur: & hæc ratio deficit aucto-ritate Juriconsulti in ditt. leg. pratum. est etenim pratum ager ad pascendum natura ipsa para-tus, vel ad herbam falce secandam opportu-nus; qui jure absque ullo privilegio potest esse privatus.

Ergo herba est istius domini, cuius est ille ager. Conducunt & ad hoc omnes leges pro-bantes † omnes fructus non tantum industriales & civiles, sed & naturales ad dominum agri per-tinere, de quibus alias tractavimus, nempè lib. 1. variar. resolut. cap. 3. n. 6. & præterea seque-retur ex ratione contraria, quod glandes; & alij similes fructus, provenientes absque ulla in-dustria hominis, non pertinerent ad dominum agri, ex quo proveniunt, & in quo nascuntur, quod falsum est ex l. unic. ff. de gland. legen. Sic fanè nulli dubium esse poterit, aquam, & aquæ fontem sponte sua natura ipsa in meo agro scaturiente, meam ac propriam quidem esse. l. aquam. C. de servit. l. in concedendo. & l. seq. ff. de aqua plu. arcen. cum & à me constitui possit gratis, vel pretio servitus hauriendi eamdem aquam in favorem prædij vicini: atque non tantum consti-tuitur servitus ductus aquæ, sed & haustus l. 1. §. ult. ff. de servit. rust. prad. l. si prius. §. via public. & §. ult. ff. de aqua plu. arcend. l. 3. cum seq. tit. 3. p. 3. tradit Cæpol. in tract. de seru. c. de seru. c. de servi. haust. aque. & seq. quod si fons aquæ in meo fundo scaturiens absque mea in-dustria, & labore, jure servituti's quoad haustum aquæ vicino dari, & vendi potest: constat, non esse illam aquam communem omnibus civibus & vicinis: quod dubio procul verum est, etiamsi ex aquæ hausto nullum ergo damnum patiar, quia ipsa fontis aqua mihi & aliis sit sufficiens. Hoc ipsum comprobatur ex constitutione servitutis cre-tæ, & arene fodienda. l. 1. §. ult. l. ergo ff. de servit. rust. prad. l. 7. tit. 31. part. 3. etenim in om-nibus his, quæ absque ullo hominum labore, & industria proveniunt, & nascuntur in agris privatis, etiam dominus ipsius agri dominium privatum

Didaci Covarr. Tom. II.

habet, & speciale: ergo nullus ex vicinis, & concivibus poterit his uti domino invito: unde planè consequitur, posse dominum prohibere ha-rum rerum omnium communem usum, Alioqui sequeretur, quod dominus agri, in quo natura ipia, & sponte nascuntur arbores ad odorem, medicinam, & alia multa admodum utiles, & ex ea causa magni pretij & estimationis non pos-set prohibere concivibus earum arborum com-munem usum. Et idem respondendum foret de herbis odoriferis vel pretiosis, quæ absque ulla cultura nascuntur in agris privatorum: Quod equidem falsum est. His accedit quod de la-pidicinis in l. divort. §. si vir in fundo. ff. solut. maritim. l. item si fundi. & in l. novissimum. §. proinde. ff. de usnfruct. Regia lex. 37. tit. 11. part. 4. nam lapidicina in eo agro, etiam nullo labo-re inventa, mea quidem est, nec potest quis me invito lapides ex ea, etiam suis expensis, cädere; & extrahere. Constat enim hujus agri fructus ex hac lapidicina: & ideo jus cädendi la-pidem, vendi, ac legari poterit, l. idem Iuli-anus. §. si quis alicui. ff. de legatis primo. Regia l. 27. tit. 9. part. 7. Nec refert quod ager priva-tus ad nihil aliud utilis sit, quam ad lapidici-narum usum, quia nihilominus ejus sunt lapidicinae, & in eis dominium habet, etiamsi cädentes la-pides minimè impediant aliorum fructuum perceptio-nem, nec domino fundi noceant quoad culturam agri. Satis siquidem est, ut justè agri dominus conqueri possit, quod eo invito cädantur lapides, & utatur vicinus jure cädendi lapides, quod ipsi tâ-tum domino cōpetit. textus in vend. §. si const. ff. cō-munia præd. si verò dōminus agrū alioqui pinguē, & fructiferū reduxerit ad lapidicinas: quod in d. §. si vir. adnotandū est: hoc magis probat, posse quēpiā agrū propriū ejus cultura omissa, ad herbaū fructū & pastū mutare, ac reducere. Et ideo cessat ónino ra-tio illa, qua utuntur, qui Fabrum secuti sunt, Sed & ipse Faber intelligendus, quoties dōminus fundi non percipit fructū ex herbis, nec vult, nec consuevit herbā vendere, nec falce secare. Præsertim hæc in-terpretatio admittenda est, quia etsi verum sit me non posse in agro meo, aut solo illud facere, quod mihi non prodest, & alteri nocet: quemad-modum probant jura per Fabrum citata: tamen quod possit quis me invito uti re mea, etiamsi ex ipso usu mihi non noceat, dubium est, & fortassis planè falsum, & ideo nec poterit quis me invito ingredi dormium meam: vel fundum meum: possum enim jure prohibere. l. divus. ff. de serv. rust. præd. maximè ad usum rei meæ, nec l. 2. §. 1. ff. de aq. plu. arcend. probat Fabri opinionem: ut palam esse poterit lectori, Fossa etenim illa erat vetus, & jure vetustatis fundus ille tene-batur servitute, ejusque dominus ad purgandam fossam: textus verò in l. 1. §. itidem aiunt. vers. Marcell. ff. eod. de aq. plu. arcend. nihil aliud probat, quam quod quis non possit in suo agro, & solo id agere, vel ædificare, quod sibi non prodest, & alteri nocet. Constat igitur ex his, non probari contrariam opinionem ea ratione, quod herba natura ipsa in agris privatis nata, sit omnibus communis.

¶ Septimò ad probationem ejusdem conclu-sionis, quam hactenus probare conati sumus, accedit textus. in l. ultimus. C. ad legem Aquil. quo in loco appetet, teneri quem le-gie Aquilia, si propria animalia in alienum agrum miserit ad pastum, domino in-vito. Idem statutum est legibus Justiniani, quas ipse de rebus rusticis, & agricolis tulit, quasque tradit Constantinus Harmenopu-lus epitomes lib. 6. cap. 5. de danno. optimus

Kkk 3

textus

textus in l. qui servandarum. §. ult. ff. de prescript. verbis, extat de pastu pecoris inter leges duodecim tabularum lex 14.

¶ Octavò probatur hoc ipsum ex loco, & argumento speciali per textum, ubi Bald. in e. 1. §. ult. de pace tanenda. & ejus violat. ubi permititur viatori equum suum pabulare in agro alieno utique ad refectionem equi ex herba. Ergo regulariter id non potest fieri domino invito, quia ejus est herba illius agri, cuius dominum habet. Sed & speciale iustus viatoris privilegium tradidere Albericus in d. l. ult. C. ad legem Agil. & Cæpolla de servit. juris pascendi. n. 7. & 8. sic & lege Mosaica, Deuter. e. 23. licebat ipsi viatori ex vineis, & frugibus alienis accipere, ut presenti necessitatibus subveniret. Ex legibus item Justiniani paulò ante citatis adnotari poterit Paragraphus tit. de farto, qui secundus est, his verbis. *Qui vites aut hortos ingrediuntur tantum ut uvas, aut fructus sedant, indemnes sunt.* Ad idem de discipulis Domini colligenibus spicas, traditur Mury c. 12. & in c. discipulos. de consecrat. dist. 5. gl. in c. omnes leges 1. dist. Imò quod Justinianus permisit, est intelligendum etiam extra casum necessitatis, ut liceat viatori comedere uvas in vinea alterius, non tamen inde exportare: ut notat Ripa in l. d. i. ff. de danno infecto. col. 2. tendit & ad idem quod Plato scribit lib. de legibus 8.

¶ Quidquid sit, jure communi, Regia lege. Hilpaniarum forensi usu receptissimum est, & denique diffinitum, non posse privatos agrorum dominos absque speciali privilegio Regis, vel legitima præscriptione, prata, quæ *dechesas* vocamus, ex eisdem agris efficeri, ac constituere, ad hoc ut herba naturali vi absque ulla industria nata, vendi, vel locari possit: est siquidem herba ista omnibus concivibus, & incolis communis, collectis jam frugibus, & fructibus, atque ideo agri privati dominus non poterit usum communem prohibere. Hoc probatur ex pragmaticis hujus regni constitutionibus. l. 73. [hodie l. 4. tit. 7. Recopilarus. in ea pragmatica sanctione, qua revocatur Abulensis ordinatio. fol. 170. Nam & in his publicis editis regia auctoritate promulgatis expressim asseveratur, esse contra hujus Regni leges, quod qui proprios fundos, & agros absque Regis permissione prata, & pascua civibus & incolis interdicta efficiat: quanvis possit liberè quilibet proprios fundos & agros colere, qua ei libuerit cultura: ita tamen ut fructibus collectis, & agris vacantibus à semine, pascua sint omnibus habitatoribus communia, quam euidem legem multis experimentis compertum est satis Reipublicæ convenire, justissimamque ac æquissimam esse.

¶ Hinc sanè fit, ut possit agri privati dominus nihilominus vites & olivas in eo plantare, etiam per hanc plantationem pastus hic communis omnium concivium animalibus impediatur: cum in olivetis & vineis, nullo anni tempore permitti possit absque arborum laetione animalium pastus: quippe qui vitibus & olivis nocet. Hujus illationis ratio est, quia habitatores, & incolæ vicini nullum habent pascendi jus in agris privatorum, nisi postquam fruges, & fructus fuerint collecti, donec alij seminentur. Igitur eo tempore, quo si privatus ager pendentis habet fructus, vel vites, aliasve arbores, quibus nocet animalium pastus, non licet cuiquam in eum agrum animalia mittere ad pascendum. Hoc enim quod eleganter sensit Cæpolla de servit. rust. prod. c.

de servit. juris pascendi numer. 26. quo in loco scribit distinguendum esse agrum, in quo quis habeat jus pascendi servitute, vel alio titulo absolute, ab illo agro, in quo quis habet jus pascendi, ut incola, civis, vel habitator, nempe collectis frugibus; & eo tempore, quo ager à cultura vacat, nec ei nocet pastus. Priori enim casu asserit Cæpolla. non posse dominum reducere illum agrum ad culturam, quæ impedit ullo tempore pastum, & ingressum animalium ad pascendum: imò tenetur illum agrum semper ad pascendum liberum habere. Posteriori verò casu potest dominus agrum illum colere, seminare, plantare vites, & alias arbores, etiam pastum impedit, modò permittat illum pastum eo tempore, quo fructus sunt collecti, nyc damnum aliquod ager, ille ad fructus ferendos patiatur,

¶ Subinfertur ex his, quod dominus agri, in quo vicini, & cohabitatores jus habent pascendi collectis fructibus: licet hactenus eum coluerit, & seminaverit ad fruges colligendas, ad alium fructum his similem: poterit nihilominus in eodem agro novellare vites, & oliveta plantare: quod Cæp. sensim probare videtur. Tametsi non ita expressim definit hanc dubitationem: Tradit enim casum, in quo servitus juris pascendi eo tempore, quo fruges collectæ sunt, & particulariter est constituta, & inquit, quod collectis fructibus manet melior ager ad pastum: denique permittit plantationem vinearum, & vitium quæ toto anno pastum omnino impedire videatur.

¶ Sic denique civitas aut municipium, cuius agri, etiam privatos dominos habeant, sunt collectis fructibus, omnibus civibus ad pastum communes: non potest ordinatio, nisi aliud lege Regia cautum sit, prohibere dominos agrorum vites in eis plantare ac novella: tametsi hactenus agros ad fruges, & his similes fructus colligendos coluerint. Vidi tamen semel Regium decretum, quo privati agrorum domini prohibiti sunt novellare propè istam urbem Granatensem in eo pago, qui vulgo Vega nuncupatur. Qua de re lis pendet in hoc Regio prætorio, ex causa, quod multi non obstante Regio edicto novellarint. Causa verè hujus prohibitionis ea traditur, ut sit uberior ac facilior pastus animalibus, quæ ad hanc urbem ducuntur pro publico vitem carnium, & deinde ut frumenti sit major copia. Sic olim Domitianus Imperator ad sumمام ubertatem vini, frumenti verò iao-piam, existimans, nimio vinearum studio negligi arva: dixit ne quis in Italia novellaret: utque in provinciis vineta succiderentur, reliqua ubi plurimum dimidia parte, nec exequi rem perseverarit. Quemadmodum meminere Suetonius in Domitiano, Eusebius in Chronicis. Philostratus in Apollonij Thyanei vita, & Lud. Cæl. lib. antiqui. II. cap. II. id verò edictum defendi posset Platonis auctoritate lib. 2. de legibus. in ult. Dial. part. Probus autem Imperator teste Flavio Vopisco, Gallis omnibus & Hispanis, ac Britannis permisit, ut vites haberent, vinumque conficerent. Sed & in eodem Probo scribit Eutropius, vineas Gallos, & Pannonios habere permisit.

¶ Sed & hoc adeò verum est, † pro libertate colendi proprium agrum, quod si dominus agri hactenus eum coluerit ad fruges colligendas nunc autem velit mutare culturam, ut ex eo agro percipia alium fructum: nulla

lege prohibitum, mutare poterit agri cultum: immo defendantur est in qualibet possessione colendi agrum ad eos fructus colligendos, quos plantate & seminare voluerit. Nec poterit adversus eum allegari, quod non est in ea possessione: quia mutat speciem fructuum, & agriculturam. Est ad hoc textus celebris *in cap. eum in tua. de dec.* Ubi probatur, quod possidens & ratione possessionis prescribens jus percipiendi decimas ex certis agris, censemur prescriptissime illud jus non tantum quoad fructus consuetos colligi, & percipi, sed & quoad noviter plantatos, & seminatos. Etenim illic ita notant Antonius Panor. & alii communiter, & Franciscus Balbus *de prescriptione, secunda parte principali, tertio effectu.* Ecce igitur, quod possesso in una specie fructuum, quae procedit a radice, nempe a jure decimandi, prodest ac censemur obtinere, quoad alias quascumque fructuum species, quae eodem jure possent peti, & vendicari. Quod & in praesentiarum fatis nostram sententiam probat: cum jus colendi agrum, & percipiendi quoscumque fructus ex eo procedit a domino, & jure dominij.

¶ Supereft ergo ex his tractare quid t̄ respondendum sit, ubi duarum urbium, vel oppidorum agri sunt compascui, & quoad pastum communes, licet quoad jurisdictionem, & alia sint omnino distincti: an possit altera ex his civitatibus agros hactenus incultos colere, ac in eis novellare invitis sociis: aut sane culturam mutare in prejudicium, & lesionem juris pascendi? Quare observanda est distinctio illa, quam paulo ante ex mente Cæpolla tractabamus. Nam si expressum constet, quid praescriptum aut actum sit jure constitutionis servitutis, pacti, societatis, vel alio quocumque, illud erit observandum. At in dubio devenendum est ad conjecturas, quibus cessantibus videtur, quod non possit agrorum cultura pastus communis impediri, ut scribit Cæpolla *in d. c. de servitute juris pascendi. numero. 25.* quia nihil potest fieri in prejudicium servitutis, quae debetur ad pascendum, nec societatis, quae ex jure pascendi constat. Sicuti multis auctoritatibus illic probat Cæpolla & Rodericus Zuares in hac specie *alleg. 15.* nos item tradidimus *lib. 1. variarum. resol. cap. 17. numero. 10.* impeditur autem communis usus, ad quem agri illi sunt destinati per ipsorum culturam. Quia jure communonis, ac societatis, agri hactenus inculti, quos *balios* dicimus, ad pastum communem, & ad alios communes usus fuere destinati: Quod plane ita verum est in dubio, & in his agris, qui hactenus inculti nullum privatum dominum habuere. Non enim potest alia presumi, nec deduci causa communonis, & societatis, quae jus pascendi restringat. Vnde ad perfectam hujus questionis definitiōnem considerandi sunt aliquot casus, ut possimus ex conjecturis expendere, quam conditionem & legem servitus ista, vel communio iuri pascendi omnino habeat.

¶ Primus equidem casus proponitur in agris privatis, in quibus privati dominum habent speciale: & in his respondendum erit, posse dominum eos colere veteri vel novo cultu, etiam si pastus communis ex hoc impediatur. Quia in his agris privatiorum, & qui ad dominium particulare alicujus pertinent, communio ipsis universitatibus, & oppidis competens quoad jus pascendi, est intelligenda collectis fructibus, ita quidem, ut non impediatur ipsorum agricultura: nisi aliud ex usu, lege, vel

pacto constituit. Quemadmodum paulo ante notavimus.

¶ Secundo potest contingere, quod vicus quidam eximitur a civitate quoad jurisdictionem intra limites quosdam speciatim designatos: & tandem contendit, ut sepius in hoc Regio prætorio factum definitum: adhuc t̄ post exemptionem manere inter ipsam civitatem, & vicum communionem quoad pascua, & alios communes usus, in hoc sane casu: cum ista communio sit illa, quae ante exemptionem aderat, ut sublati fructibus permisus eset omnibus communis pastus, etiam in agris privatorum: profecto poterit quilibet civitatis incola agros colere, & in eis novellare, veteremque cultum omnino mutare: quemadmodum poterat ante exemptionem predictam. Quod palam probatur ex præmissa distinctione.

¶ Hec vero conclusio, quae proponit, vicum exemptum a civitate retinere adhuc post exemptionem communionem quoad pastus & alios communes usus, probari solet auctoritate Bartoli, qui in *l. hostes. col. 2. ff. de captiis.* non semel fatetur, vicanos, & incolas vici exempti quoad jurisdictionem, manere quoad privilegia, & omnia alia cives Romanos: id est, cives illius civitatis, a qua fuere exempti, & ejus legibus communibus subditos esse quoad commoda & privilegia, notat optimè Paulus Castrensis *in consil. 307. lib. 3.* idem quoad statuta civitatis, & alias leges in universum probare conatur Curtius Jun. *consil. 10. numero duodecimo.* quoties ita vicus eximitur, quod non adjiciatur alteri civitati, nec constituantur sub protectione Principis eximentis. Sic denique visum est Curtio post Alexand. *consil. 115. lib. 2. numero. 12.* qui idem scribit. Sed hanc opinionem ipse admitterem, quoad consuetudines & privilegia, non tamen quoad statuta civitatis, quae vim habent a jurisdictione ipsius urbis, a qua castrum fuit, & est exemptum, *arg. cap. 2. de consil. lib. 6.* ex quo constat, statuta vim accipere a jurisdictione statuentium. Præfertim hoc obtinet, quando castrum exemptum a civitate, adjicitur corone regie, & ipsi Regi quoad jurisdictionem, quam statim ipse Princeps tradit ipsimet universitati castri exempti, quoad primam instantiam, seu primam causarum cognitionem. Quod in specie notat Curtius Junior ex ratione tradita per Alexandrum, licet castrum vel vicus exemptus non adjiciatur alteri civitati.

¶ Sed & Paulus Castrensis *in dict. consil. 307. col. ult.* scribit, castrum illud exemptum a civitate, non retinere privilegia illa, & jura civitatis, quae non potest exercere, & quibus non potest uti absque prejudicio illius civitatis, a qua fuit exemptum, & cuius onera non subit, quemadmodum ante subire solebat. Exemplum huic conclusioni aptat ipse Paulus in officiis & magistratibus, quorum electio pertinet ad civitatem, comitatum, & territorium: vel sunt ad eorum munera eligendi cives, ac incolæ civitatis ac territorij. Quod equidem exemplum ipse admitto, quia haec officia pertinent ad usum jurisdictionis, & ei sunt omnino necessaria: atque ita cum vicus sit exemptus a civitate, quoad jurisdictionem, non est admittendus ad communionem magistratum, nec ad electionem eorum, a quibus est jurisdictione exercenda. Sed quoad communem usum pascuum, qui non potest competere castro absque prejudicio civitatis, videamus an sit admittenda ratio Pauli Castrensis, & an ea sit sumen-

probatio adversus opinionem hactenus receperat.

¶ Primum enim ubi exemptio castris fit motu proprio Principis, non ad petitionem ipsiusmet castris: vel ut Princeps sibi retineat, vel alicui nobili det jurisdictionem, opinor, non obstante ratione Pauli Castrensis, veram esse opinionem, quam Praxis admisit, ut adhuc remaneat communio inter castrum & civitatem, quoad usum pascuorum, aliosque communes, ac publicos usus, Etenim castrum istud habebat hoc jus priusquam eximeretur, nec eo justè privari potuit absque consensu. Idcirco cum ab initio vicus exemptus non concesaserit exemptioni, nec eam petierit: non ulla ratione dicendum, per exemptionem amisisse jus pascendi, quod erat sibi, & aliis ejusdem civitatis oppidis commune. Nam & hoc jus, licet quoad administrationem ad civitatis decuriones pertinuerit, tamen quoad commodum, usum, & utilitatem verè pertinet ad civitatem, & omnes ejus vicos titulo universalis dominij. l. in tantum. §. universitatis. ff. de rer. divis.

¶ Nec huic opinioni quidquam oberit, quod incolæ oppidi exempti non subeant onera civitatis, quæ subire tenentur ipsius cives, nam onera, quæ ratione communium pascuorum subire cives & incolæ tenentur, etiam castris & oppidi exempti habitatores subire tenebuntur, cetera verò minimè, cum illa indicantur, & immeant civibus ratione aliarum rerum, quibus castris exempti incolæ non utuntur. Et præterea incolæ oppidi exempti onera illa subeunt, & ad ea tenentur, quæ ratione ipsius oppidi & rerum illic existentium jure subeunda sint, & habitatoribus incumbant: à quibus civitatis incolæ omnino liberi dubio procul censemur: cum & onera totius territorij pro parte congrua inter ipsam urbem, & vicum exemptum sint planè divisa, nec ex ipsa exemptione dampnum ullum quoad onera publica civitas patiat.

¶ Secundò, major est dubitatio, quoties ipsum castrum petit à Rege exemptionem quoad jurisdictionem: & ea sibi conceditur vel gratis, vel pecunia: & adhuc licet res sit dubia probare ipsam practicam opinionem ex eo, quod Princeps tantum exemerit vicum à jurisdictione, non à communione pascuorum. Quod Princeps facere potest, cum ejus sit jurisdictione. Et ideo manet adhuc communio pascuorum inter vicum & civitatem: quemadmodum & ante exemptionem aderat, & erat in usu. Hæc verò communio etiam est utilis civitati, quia possunt incolæ civitatis uti pascendi jure intra agros, & limites agrorum ipsius castris, vel vici exempti. Vnde sicut vicus exemptus quoad jurisdictionem non posset impedire habitatores & incolas civitatis, quin uterentur pascuis ipsius castris exempti: ita nec civitas potest impedire incolas castris, ne utantur pascuis communibus ipsius civitatis.

¶ Igitur quoties communio pascuorum oritur ab hoc capite, quia duo castra erant olim sub eadem urbe, & ejus limitibus; vel quia castrum, & civitas erant olim unita: & sic quoties communio pascuorum, & jus pascendi competit collectis fructibus, & sublati frugibus, licet omnino privatis dominis agrorum eosdem agros colere, etiam hactenus incultos, & item novellare in eisdem. Hæc autem vera sunt in his agris, qui dominium privatum habent: nam in communibus, & publicis jus pascendi absolute competit omnibus incolis, & habitatoribus ter-

ritorij: & ideo non poterit hoc jus ulla cultura impediiri absque consensu eorum, qui jure illo uti possunt: sed & an Princeps possit hos agros publicos, & communes donare vel vendere, modò non vacat; nec id pertinet ad nostrum institutum.

¶ Tertiò, principaliter accidere potest, quod communitas vel societas agrorum sit inter duas urbes, vel vicos quoad proprietatem ipsorum agrorum, non tantum quoad jus pascendi, tunc non, potest altera civitas absque alterius consensu colere agros illos communes, nec in eis novellare, nec illis uti ad alium usum, quam illum, quo hactenus usa fuerit. Ille siquidem usus censemur communi utriusque populi consensu permisus in illis agris utrique populo publicis & communibus, etiam quoad proprietatem: atque ideo qui aliter his agris utitur, impedit præfertim per plantationem illum usum, ad quem fuere agri communes destinati. Maximè ex eo, quod qui ex sociis plantat agrum, eo in solidum utitur, & percipit ejus utilitatem, impeditque socium eodem uti quoad pastum, & jus pascendi. Quod est contra legem societatis, argum. notatorum per gloss. & DD. in leg. Sabinus. ff. commun. divid. & in leg. parietem. ff. de ser. urban. præd. per Soc. in leg. servi electione. §. 1. ff. de leg. 1. fortassis poterit socius ad annum fructum agrum communem colere, si nolit alter ea cultura uti, modò non fiat societati præjudicium, tametsi circa hoc fieri soleant peculiares inter vicos & civitates conventiones ac statuta: aut denique usus horum agrorum communium quibusdam legibus ac moribus receptis distinguatur. Nam & in hac specie per me proposita, juris rigor planè dictat, nihil posse fieri invito socio in laisionem & præjudicium communionis, & societatis, quæ competit quoad pastum, qui communis est, & esse debet qualibet parte anni: cum agri videantur ad usum pascendi, aliasque similes utilitates jure communionis hactenus destinati.

¶ Quartò, est & in hac controversia considerandum, quod potest dari communio inter duas urbes, vel duos vicos ad pascendum in certo agro ad eum usum ab antiquo destinato, ita quidem, ut is ager prati communis nomen habeat, & fuerit hactenus debesa nuncupatus. In hac sanè specie dubio procul respondendum est, civitatem habentem hujus agri dominium, & proprietatem non posse illum colere, nec arare, nec seminare, absque consensu illius civitatis, quæ illic habet communionem quoad pascendum titulo servitutis, aliove quocumque. Impeditur etenim per hanc agriculturam pastus ipse communis. Et præterea ex nomine, ac destinatione agri jus pascendi competit utriusque civitati absolute, non autem sub ea limitatione, quæ pastum permittit collectis frugibus, & eo tempore, quo vacat ager à cultura, quod est maximè notandum.

¶ Quintò, exceptis hisce casibus in dubio, ubi nullus est locus conjecturis, sed sit quæstio illa definienda absque ullo præsumptionis admicculo, ipse arbitror non posse agrum communem quoad pastum, proscindi, nec coli nova cultura, nec vitium plantatione: cum per hoc impediatur jus pascendi, quoad impediiri non potest: ex his quæ tradit Cæpolla in d. c. de servi. juris pascen. maximè n. 26. & 28. quo in loco explicat, quid agendum sit, si ager hic communis plantatus fuerit.

¶ Quod si in t̄ hoc agro communi ad pastum, § novella-

novellatum fuerit, vel fuerint plantatæ olivæ: aut denique in præjudicium juris pascendi ager sit ad culturam redactus, poterit jus plantantis, & colentis agrum defendi ea præscriptione, quæ alioqui jure ordinario est omnino sufficiens. Ita sanè si plantatio sit contra universitatem erit necessarium, & sufficiens tempus 40. annorum 1. omnes. C. de prescript. longi temp. 30. vel 40. annorum 1. 7. tit. 29. par. 3. cum aliis, quæ iple latius tradidi in reg. possess. de reg. jur. in 6. in 2. part. §. 2. num. 9. Nec oberit, quod eadem regia lex prohibet præscriptionem contra universitatem in rebus ad Rempubl. pertinentibus: quia illud obtinet in via publica & his locis, quæ specialiter sunt constituta ad liberum omnium hominum usum, eundemque necessarium ut via publica, platea, pratum item ad aream publicam, pastum publicum nomine hoc speciali designatum, nempe debesa, o exido. Aliud verò est respondendum in his agris, qui etiæ communes sint alicujus universitatis, non tamen sunt ad aliquem speciale usum & publicum, ac liberum constituti, quemadmodum eleganter docet Roderic. Zuarez. allegatione 5. ad cuius distinctionem sunt notanda ea quæ ipse scripsi in reg. peccatum. de reg. jur. in 6. 2. relection. part. §. 9. numero. 8. atque omnino erit observandum quod in his regnis decimū extat lege, ac pragmatica sunt. 71. & 1. 3. tit. 3. lib. 7. ordinat. [hodie 1. 3. tit. 7. lib. 7. Recop.]

## C A P U T XXXVIII.

Quo ordine agnatio vel familia sit admittenda ad bona, quæ vel ex fideicommissio, vel primogenito familie vel agnationi deferuntur.

### S U M M A R I A.

- 1 Fideicommissum familie, vel agnationi relictum, ut proximiores admittantur: an proximiori testatoris primi, vel ultimi possessoris deferatur?
- 2 Frater utrimque conjunctus an preferatur in iure accrescendi, & ex pupillari substitutione.
- 3 Si fideicommissum familia relictum, quis prior admittatur, & ibi expenditur text. in 1. cum ita §. in fideicommisso. ff. dd leg. 2.
- 4 Filius fratri premortui an admittatur cum patruo ad fideicommissum familia relictum, & inibi intellect. in d. §. in fideicommisso.
- 5 In successione descendientium erga ipsos descendentes an filius representet patris personam, & in ejus locum admittatur, etiam ultra pronepotes?
- 6 Primogenitura jus deferatur omnino nepoti, patruo excluso, & ibi regia Tauri lex traditur.
- 7 Nepos etiam aetate minor prefertur in primogenito, & majoratu, patruo aetate majori.
- 8 Neptis in majoratu patruo etiam preferenda est.
- 9 Filius secundo geniti mortuo primogenito absque liberis prefertur patruo, filio tertio genito ultimi possessoris.
- 10 Filius in majoratibus patrem representat, & ideo nepos patruo prefertur, etiam si omnino agatur de succedendo transversalibus.
- 11 Nepos prefertur patruo in majoratibus, etiam si post primogenitū expressim vocatus fuerit secundogenitus.
- 12 Intellectus 1. cum avus. ff. de cond. & demonstr.
- 13 Feuda, emphyteusis, & jus patronatus, an admittant representationem istam, ut filius locum patris premortui obtineat cum patruo, vel ut eum excludat

**Q**uamvis testatores, & hi qui agnationis familiæ, nominisque gentilitij causa majoratus

& primogenita initituere decreverint: multis eidemque cautissimis clausulis utantur, quo ullo usquam tempore inter eorum posteros de ea re minimè controverti possit: id tamen negotij vel morbo gravati, vel peritorum consilio destituti, aut tandem præ nimia festinatione impediti, quia humana judicia non omnibus futuris casibus consulere valent; non ita caute posunt expediri, quin super primogenitorum eorumdem successione non raro mille pateat locus questionibus, & his frequentissime maxima ex parte difficilibus. Idcirco præter alia multa, quæ hac in re ab aliis hactenus fuisse adnotata, & passim adnotari solent, interpretari conabor, pro publica juris utriusque professorum utilitate. Jurisconsulti responsum in 1. cum ita legatur §. fideicommisso ff. de legat. 2. is etenim ita scribit.

¶ In fideicommisso, quod familiæ relinquitur, hi ad petitionem ejus admitti posunt, qui nominati sunt, aut post eos omnes extinctos qui eo nomine fuerint eo tempore, quo testator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati sunt, nisi specialiter defunctus ad ulteriores voluntatem suam extenderit. Hæc Modestinus ex lectione Pandectarum Florentinarum, & Gregorij Haloandri. Nam vulgaris lectio habet loco primo gradu, proximo gradu: quod non admodum refert. Vulgo etiam legitur, qui ex nomine defuncti, ubi legitur, qui eo nomine.

¶ Major est ad hujus loci interpretationem dubitatio, & practicis utilior, quia sep̄ tractatur de primogeniis, aut fideicommissis ita familiæ, agnationi, vel genti relictis, ut primo quidam nominati vocentur & his extinctis proximior agnatus, aut de familia: queritur etenim, † an censeatur vocatus proximior ultimi possessoris, & nominati, an proximior ipsis testatori? Et sanè videtur hac de re textus elegans in d. 1. cum ita legatur. §. in fideicommisso. dum Jurisconsultus respondet: Et qui his primo gradu. Nam hinc probatur, ut vocatum censi ad fideicommissum proximiorem ipsi gravato, & ultimo possessori, licet sit alius proximior testatori, vel majoratus institutori. Atq; ita ejus loci auctoritate hanc opinionem primus omnium palam asseveravit veram esse Bart. Soc. in 1. si cogn. n. 40. ff. de reb. dub. idem in 1. hæred. mei §. cum ita col. 6. ff. ad Treb. & idem Soc. in cons. 73. lib. 4. n. 14. & cons. 86. col. 6. vers. aliquando. & quarto. & cons. 43. col. 2. lib. 3. & cons. 51. n. 31. lib. 4. & cons. 249. lib. 2. col. 13. vers. circa secund. diffic. Corn. cons. 22. lib. 2. col. 3. idem Corn. cons. 69. lib. 1. col. 6. Curt. Jun. cons. 125. n. 4. Anton. Rub. cons. 36. & 37. & cons. 38 omnium latissimè Socin. Jun. cons. 126. lib. 1. Vbi scribit, hanc opinionem communem esse, idem fatetur eam lecutus Ludovic. Gozadin. cons. 4. num. 31. Qui & num. 17. eamdem tradiderat. Huic opinioni suffragatur, ut quibusdam placet, text. in cap. 1. de feud. natur. success. feud. ubi juxta communem intellectum in feudi successione consideratur persona ultimi successoris, non primi ejusdem feudi auctoris, quoad proximitatem. Sed ille textus procedit in feudo hæreditario, non autem in eo feudo, quod hæreditarium non est: in quo primus eis auctor, à quo jus oritur, attendendus est. text. in c. 1. §. ult. tit. de success. fratrum. vel de gradib. success. & ibi Bald. in c. 1. col. 1. & illuc Laudenfis col. 2. de eo qui sibi & suis heredibus. tradunt hanc distinctionem Calder. in cons. 13. tit. de feudis. Angel. consil. 110. Cardin. cons. 124. Alexand. cons. 204. colum. 2. lib. 2. Franc. Curtius in tractatu de feudis. 2. parte colum. penult. Rubeus cons. 85. ad finem. Andr. Tirat.

Tiraquellus de utroque retractu. lib. 1. §. 11. gl. 1. num. 19. qui hac in controversia, & opinione per Socinum, & sequaces probata non audet certain sententiam eligere. Et tamen in feudo hæreditario veram esse censem opinionem illorum, qui existimant in successione feudorum habendam esse rationem ultimi possessoris, quod notant Corneus consil. 21. lib. 2. colum. 6. Socin. consil. 86. lib. 3. col. pen. & consil. 73. lib. 4. colum. 5. Dec. consil. 445. num. 19. text. optimus in cap. 1. §. his vero de successione frarum. & d. cap. 1. de natura successonis feudi, ubi absque prædicta distinctione de feudi successione agitur, & Doctores suprà citati indistinctè loquuntur. Imò Philippus De cius num. 7. hanc distinctionem feudi hæreditarij à non hæreditario placè reprobatur. Atque idèo quibusdam placet absque ulla distinctione in feudis id esse peculiare, ut filius per representationem in locum patris admittatur, etiamsi feudum hæreditarium non sit. Quod in specie notat Jason. in l. si quis. 2. colum. numero. 5. cap. de success. editio. Idem Jason. in l. si duo in fine principij. ff. de jurejurand. & Fulgosus in auth. post fratres. C. de suis & legitimis heredibus. Corneus consil. 24. & consil. 131. lib. 2. & alij à Tiraquell. citati in quæst. 40. de primogeniis. num. 18. & Emanuel à Costa de lege mentali. pag. 34. cuius contrarium tenuerunt Alexand. & Rubeus in dictis responsis: quorum sententiam probare non audeo. Feudum autem hæreditarium quod sit, præter alias explicat latè Sigismund. Lofred. consil. 1.

¶ Sed & pro Socini opinione adducitur sententia Bart. in l. re conjuncti colum. pen. vers. tertio quero. ff. de legat. 3. ubi examinat questionem quamdam Dyni, & ejus opinionem asseverat, repudiante f uno ex fratribus hæreditatem patris, ad ejus patrem admittendos esse fratres utrumque conjunctos, & præferendos esse fratribus non ita conjunctis: tandem ad ejus intellectum scribit Bartolus, hanc opinionem falsam esse in substitutione vulgari, & in jure accrescendi, & deinde quoties succeditur testatori, quia in hisce casibus omnes admittuntur: quippe qui par gradu & nexus eidem testatori conjungantur: veram autem esse opinionem Dyni, ubi agatur de substitutione pupillari, ex qua succeditur pupillo ex testamento patris, non autem patri testatori. Etenim tunc præferendus est frater utrumque conjunctus. Priorem autem Bartoli opinionem contra Dynum tenent, & sequuntur idem Bartol. Imol. Alexand. Aretin. Jason. & omnes in l. Lucius. ff. de vulgar. Albert. in repet. Rubr. ff. eod. tit. quæst. 16. Bald. quæst. 5. Angel. & Salicet, & Romanus in l. test. C. de test. milit. text. optimus in l. unic. §. iis autem C. de caduc. tollen. idem adnotarunt Dec. consil. 304. Joan. Crottus in d. l. re conjuncti ad finem super quæstion. Bartol. quorum opinio communis est, ut farentur eam secuti Alexand. consil. 30. lib. 2. colum. 2. Imola in cap. Raynulius, de testam. in materia reciproca substitut. Ripa in dict. l. Lucius colum. ultim. Aymon. Savil. consil. 43. Curtius Junior consil. 25. colum. 1. ubi diligenter expendit text. in l. ult. ff. ad Trebellianum. pro hujus probatione conclusionis, quam & Corneus tradit consil. 248. lib. 2. & hec mihi videtur verior opinio licet multis rationibus conetur eam evertere Ludovicus Villa longa Hispanus in d. l. re conjuncti. fol. 57.

¶ Posteriorem verò Bartoli opinionem, quæ admitrit sententiam Dyni in substitutione pupillari, à plerisque video receptam fuisse. Nam & eam sequuntur Bartol. Soc. in d. l. si cognatis. numero. 38. vers. quarta conclusio. & Curt. Jun.

in d. consil. 125. num. 3. quibus suffragatur, quod notant Bald. 2. notab. & ibi Paul. in l. ult. C. de verbor. signific. Sed & Jason in d. l. Lucius. non audet discedere à Bart. propter ejus magnam auctoritatem. Imol. & Anton. Rub. in l. Gallus. §. quidem recte. colum. 15. ff. de lib. & posthum. licet dubitet de opinione Bartol. afferit tamen ipsam esse tenendam, & non semel, sed ter asseverat communem esse, verum Francisc. Aretin. in d. l. Lucius. & illic Ripa colum. ultim. Joan. Crottus in d. l. re conjuncti. col. 51. Aymon. in d. consil. 43. hanc posteriorem Bartoli sententiam improbant, existimantes in substitutione pupillari admittendos esse ad successionem pupilli omnes fratres, non tantum utrumque conjunctos. Quod procedit propter voluntatem ipsius patris testantis, quæ consideranda est, non voluntas pupilli præsumpta. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testam. idem in specie tenent Bald. consil. 424. lib. 5. & Anton. Rubeus consil. 126. colum. ultim. scribit hanc opinionem communem esse. Idem Antonius Rubeus in d. §. quidam recte. fol. 10. colum. 1. minimè dubius huic opinioni Aretini accedit contra Bart. quem aliquot rationibus impugnat, ex quibus ipse opinor, non satis diligenter communem censi opinionem Bartoli. Sed & duabus rationibus non rectè adducitur Bartoli opinio ad intellectum Jurisconsulti in d. §. in fideicommisso. Primò, quia ejus opinio falsa videtur. Secundò, quia etiamsi vera esset, agitur illic de pupillari substitutione, ex qua succeditur pupillo, non testatori.

¶ Idcirco pro Socini sententia solet adduci alia & tertia ratio, quæ ita quidem concipienda est, in fideicommisso familiæ, vel agnationi nomine collectivo relicto, successio ex præsumpta testatoris voluntate secundum ius commune, & ejus regulas deducta, observanda est eo modo, quo inter comprehensos sub nomine collectivo ab intestato jure servari, & admitti debet, quemadmodum probat textus celebris in d. l. ult. C. de verbor. signific. cuius auctoritate ferè omnes utuntur, qui Socinum secuti sunt, & præterea Paulus Parisiens. latè consil. 30. consil. 36. & consil. 37. & seq. lib. 2. sensere Bart. numero. 4. Angel. Imol. Cum. & Paulus Castrensi. per textum ibi in dict. l. hæderes met. §. cum ita unde par est, quid ad fideicommissum post ultimum possessorem admittatur, qui eidem proximior est, & ea ex causa successor à lege constituitur ipsi ab intestato decedenti, licet is non sit proximior ex omnibus agnatis testatori. Hæc tamen ratio non omnino convincit: quia et si sit servandus modus successionis ab intestato jure communi constitutus: poterit quispam dicere, hanc successionem ab intestato censendam esse, & considerandam respectu testatoris, cui succeditur ex fideicommissaria l. cohæredi. §. cum filie. ff. de vulgar. & idèo admittendus erit proximior ipsi testatori, non proximior ultimo possessori. Hoc denique id ipsum est, quod manifestè constat in d. l. ultimus. C. de verborum significatione. juxta ea, quæ ibi notantur à Paulo Castrensi, & à Decio consil. 1. etenim libentissime deduxerim ab ejusdem decisionis responso, servandum esse in his fideicommissis ordinem à jure datum successioni ab intestato respectu tamen ipsius testatoris, non respectu gravati. Quia si succedit ut primo testatori, illius persona est consideranda, & successio erit secundum illum deferenda, quamvis & huic rationi quidam contentur satisfacere, ea quidem ratione, quod et si successio detur, & deferatur ex ordine, ac voluntate, & institutione primi testatoris ad ipsius patris

patrimonium, quod in d. 9. cum filia, probatur: non tamen ita propriè ipsi testatori succeditur, sicuti ultimo possessori & gravato, cui immedia-  
tè subrogatio fit & succeditur verè. Huic tamen  
responsi vountas obviat primi testatoris, quam  
observeare tenemur omnino: & haec potius pro-  
ximiori sibi agnato quam remotiori suffraga-  
tur, etiam si ultimo possessori sit proximior  
hic agnatus, qui à primo testatore remotior  
est.

¶ Deinde, quia † text. in d. §. in fideicommisso adducitur pro Socini sententia, & censetur ex-  
pressis: oportet expendere quid illic Jurisconsultus responderit. Nam mihi potius probat Jurisconsultus opinionem contrariam: tantum abest, ut eidem adstipuletur. Siquidem illic relictio fideicommisso familie, primo admittuntur nominati expressim à testatore, qui gravati sunt, & post eos omnes extintos, non admittuntur proximiores his gravatis, & nominatis: sed proximiores ipsi testatori, ut ibidem constat. Igitur apparet, Jurisconsultum non admittere communem interpretationem, in modo contrariam probare. Non obstat, quod illic dicitur: & qui ex his primo gradu: est etenim advertendum, ne quem decipiatur Jurisconsulti locus. Mortuo enim testatore, nominati admittuntur, & his omnibus extintis, qui tempore mortis testatoris erant de nomine & familia ipsi testatori proximiores. Ecce quod tunc proximiores testatori, & non proximiores gravato, admittuntur. Deinde post hos, inquit Jurisconsultus, qui ex his primo gradu. Ex his scil. proximioribus testatori, non ipsis nominatis; secundum intellectum gloss. ibi in verb. & qui in ultima ejus interpretatione, quæ magis com-  
muniter videtur recepta, & verior est. Hi vero proximiores sunt testatori: quia si secundo loco admissi erant proximiores testatori, his defici-  
entibus & extintis, qui primum gradum obtinuerint etiam respectu illorum, jam sunt testatori proximiores. Proximior etenim gradus testatori admissus fuit, & eo deficiente subintrat sequens gradus, & primus post proximiorem, vel secundus ab illo respectu testatoris. Ergo deficiente gradu proximior, secundus gradus subintrat, & est proximior ipsi testatori. Fit igitur ex his manifestum, semper attendi personam testatoris: non autem ipsis ultimi possessoris, vel gravati.

¶ Sic sanè adversus opinionem Socin. & Corn. & aliorum, contrarium probare conatur Jas. in conf. 215. lib. 2. conf. 159. lib. 4. Dec. conf. 546. col. ulti. Joan. Crot. in l. filius familias. §. divi fol. pen. ver. quarto queritur. ff. de leg. 1. & ibi Ferdin. Loazes, numero. 545. & Ripa numero. 31. idem Rip. in l. Lucius. ff. de vulg. col. ulti. magis in specie idem. in l. ex facto. in princ. numero. 6. ff. ad Trebell. Ant. Rub. conf. 126. idem Rub. conf. 38. col. ulti. licet illic asseveret, non esse recedendum in consulendo, aut judicando ab opinione Socii: quam & ipse Rub. rursus reprobat in d. l. Gallus §. quidam recte. fol. 9. col. 4. vero. 6. & ulti. conclusionem. Quo in loco propositis duabus conclusionibus, quarum prior falsa est, non satis recte videtur intellectisse Juriscons. in d. §. in fideicom. licet eamdem distinctionem repeatat in conf. 81. col. ulti.

¶ Prior etenim est secundum eum conclusio, quoties testator fideicommissum Titio & Petro specialiter nominatis, ac familie reliquerit, proximiores ipsis non admittendi sunt, ac preferendi proximioribus primo testatori: atque in hac specie loquitur Jurisconsultus. in d. §. in fideicommiss. ut ipse censet, quod falsissimum

est ex ipsis Jurisconsulti verbis & contextu.

¶ Secunda conclusio, ubi testator familie nullis nominatis fideicommissum reliquerit, suc-  
cessio ita est observanda, ut proximiores ipsi testa-  
tori præferantur proximioribus ipsi gravato & ul-  
timo possessori. Ego vero hanc ultimam conclu-  
sionem veram esse opinor, etiam in primo casu  
adversus Soc. Corn. & alios: nisi ex voluntate  
testatoris vel expressa vel tacita contrarium deduci valeat: est etenim maximè observandum in  
ultimis voluntatibus, quid testator ipse volue-  
rit, præsertim in hac quæst. adnotanda erit, ac  
menti tenenda decisio, & responsio Juris. in l.  
cum avus. ff. de condit. & demonstr. & in l. gene-  
raliter. §. cum autem. C. de inst. & substit. Nam  
ex ea poterit obtainere frequenter opinio Socini,  
quam alioqui falsam esse censeo extra casum,  
ibi à Juriscons. & Cæsare decisum: ac rursus in  
l. cum acutissimi C. de fidei. Nam & contra Soc.  
optimè conductit quod Bart. scribit in l. peto. §  
fratre. in princ. ff. de leg. 2. & in l. si cognatis. colum.  
ultim. ff. de reb. dub. vers. quarto hic dicitur quod lega-  
vit, asseverans in dubio censi à testatore vocante  
agnatos post aliquem nominatum, vocatos fuisse  
potius agnatos ipsis met testatoris, quam illius gra-  
vati & nominati.

¶ Ex his poterit perpendi veritas gl. in ditt.  
§. in fideicom. quæ in verb. proximo afferit † in fi-  
deicommisso relictio familie sub nomine collec-  
tivo, filios fratri præmortui admitti simul cum  
fratribus eisdemque patruis. Quam sententiam se-  
quuntur ibid. Imol. Paul. Castr. & Angel. de Pe-  
riglis col. ult. Alex. conf. 88. lib. 11. Bald. conf.  
488. & lib. 3. Paul. de Castr. & Corn. in l. ult.  
C. de verb. signif. ac plures alij, quorum dili-  
genter meminit Andr. Tiraquell. in tract. de pri-  
mogeniis, quest. 40. num. 184. & seqq. maximè  
num. 188. ubi num. 89. eamdem opinionem se-  
quitur, quam afferunt magis communem esse Alex.  
conf. 26. lib. 3. n. 13. & illic Carolus Molinaeus  
in addit. Ludovicus Gozadinus conf. 4. n. 31. Ant.  
Rub. in d. §. quidam recte fol. 10. col. 3. eam-  
dem opinionem servandam esse in praxi scribit  
Corn. in d. l. ult. & aquo rem esse profitetur  
Ang. de Periglis in d. §. fideicommiss. Huic verò  
sententia suffragatur potissimum ea ratio, qua  
constat, testatorem fideicommissum relinquente  
familie, vel agnationi, tacite ad hujusmodi fi-  
deicommissum vocare agnatos & alios de familia  
eo ordine succedendi, qui à lege datus est, &  
constitutus ab intestato. Sed à jure filius fratri  
admittitur simul cum patruo ad successionem &  
hereditatem patrui intestati, Aut. cessante, C. de  
leg. hered. l. 5. tit. 15. par. 9. l. 8. Tauri. ergo con-  
clus. gloss. vera, cum id quod præmisimus, probetur  
in d. l. ult. C. de verb. signif. Sed hec ratio tantum  
obtinet in casibus, quibus iure communis, & lege, fi-  
lius fratri admittitur simul cum patruis & subintrat  
locum patris, unde illis casibus exceptis non esset ad-  
mittenda, etiam in fideic. opin. gl. in d. §. in fideicom.

¶ Sic sanè conclusionem ab eadem gl. dedu-  
ctam reprobant Bald. & Cum. ibi, Dec. conf.  
1. & conf. 217. Jas. & Dec. in l. si avia. col. 2.  
C. de success. edit. idem Dec. in l. 1. num. 14. C.  
de secund. nupt. Alex. conf. 204. num. lib. 2. & conf. 4.  
num. 10. lib. 10. idem conf. 129. num. 4. lib. 5.  
Aret. in §. cum filius Inst. de hered. l. que ab intestato  
deferunt. col. 1. Curt. Jun. in tractat. de feudis.  
2. part. col. pen. idem latius in conf. 22. num. 9. &  
plerique alij nominatim ab Andr. Tiraq. citati  
in d. quest. 40. n. 185. Ant. Rub. conf. 39. & Jason. in-  
ter ejusdem Rubei responsa conf. 37. rursus ipse Rubeus  
conf. 37. & ibid. statim Joan. Crot. conf. 39. & illic  
Carolus Rujinus conf. 40. Paulus Paris. conf. 30. n. 61.

& cons. 37. n. 70. Rursus idem cons. 39. & cons. 40. n. 37. lib. 2. Cumān. cons. 106. quorum opinio communis est, ut fatentur Jason. in d. cons. 77. n. 5. Joan. Crot. in d. cons. 39. n. 4. Paulus Paris. in d. cons. 37. n. 74. Dec. cons. 1. col. pen. Curtius Junior in l. 2. n. 12. C. de success. edit. ubi Decius n. 6. & cons. 408. col. 2. inquit, Romæ in prætorio Rotæ secundum hanc opinionem judicatum fuisse.

¶ Huic opinioni adversus conclusionem à gl. deduciam accedit juris civilis regula, quæ probat, regulariter filium quoad successionem non repræsentare patris personam; nisi ubi agitur de successione ascendentium. §. cum filius. Inst. de success. ab intest. deser. aut de successione patrui. §. si reliquum. in auth. de her. que ab intest. in d. aut. cessante in aliis siquidem casibus manet jus vetus illatum secundum quod filius non subintrat locum patris. §. si plures. Inst. de leg. agn. success. notavit Bart. in auth. post fratrib. C. de suis & legit. her. Ang. in d. §. reliquum. Hec tamen ratio non omnino sufficiens est ad impugnationem gloss. in d. §. in fideicommisso, immo ejus opinio saltem erit vera, quoties fideicommissum sit relictum ab aliquo ascendentium, vel à patruo: quia tunc obtinebit sententia gl. ex præmissa ratione: sicuti & plures opinantur ex his, qui à gl. discessere.

¶ Secundo contra gl. est & alia ratio. Nam in fideicommissis succeditur testatori. l. cohæredi. §. cum filii. ff. de unl'g. Testator autem majorem dictionem & affectionem præsumitur habere erga proximiorem, quam erga remotiorem, §. si plures. Inst. de legit. agn. success. l. 3. §. si du. ff. de legi. tut. l. heredes moi. §. ult. ff. ad Trebell. Igitur frater tanquam proximior testatori excludit filium fratri ex voluntate præsumpta testatoris, quod confirmatur ex eo, quod ubi vocatur ad aliquam rem proximior, nusquam præfertur nepos ex fratre ipsi patruo: immo patruus erit præferendus nepoti: quemadmodum tradit eleganter Paul. Castr. cons. 143. col. 7. li. 2. vers. ad secundum respondetur. Sed & hac ratio facillime tollitur. Nam DD. etiam reprobantes gl. passim fatentur fideicommissum relictum familie sub nomine collectivo, esse interpretandum secundum ordinem succedendi intestatis, qui à jure datus est, ut superius probavimus. Hic autem ordo filios fratri præmortui admittit cum fratre. Igitur & in fideicommissis erit idem ordo admittendus. Sic licet jure communii aut lege vocetur ad hereditatem proximior ipsi defuncto intestato: nihilominus admittuntur filii fratri cum fratre. Quod manifestum sit ex legibus & auctoritatibus paulò ante nominatim adductis. Nec dubitari poterit, ab intestato præferri proximiorem remotiori. l. ult. C. de verb. signif. auth. post fratrib. C. de leg. her. §. reliquum. in auth. de her. que ab intest. deser. & ideo licet ab intestato vocetur à lege proximior, adhuc filius ad hanc successionem subintrat locum patris & filius fratri præmortui admittitur cum fratribus, eisdemque sibi patruis. Namobrem Pauli Castri. considerationem reprobavit Tiraque, in d. D. 40. num. 157. post Soc. cons. 252. li. 2. col. 14. vers. ergo respondeo.

¶ Ex quibus inferitur ac deducitur, quanti sit estimanda sententia Bald. & Cum. in d. §. in fideic. distinguendum inter dispositionem hominis & dispositionem legis. Nam ipsi opinantur, filium fratri non esse admittendum cum patruo, quoties agitur de successione & dispositione hominis: bene tamen admitti, quoties agitur ex dispositione juris, & legis: quam opinionem, fere omnes sequuntur, qui gl. in d. §. in fideic.

reprobant, præsertim Alex. cons. 129. col. 2. lib. 5. & Dec. cons. 1. etenim hæc differentia non sufficit, nec defendi potest: ex eo siquidem tollitur, quod dispositio hominis, quæ tractat de successione, vel de vocatione proximiorum, aut cognatorum ad fideicommissum, est intelligenda secundum jus commune, ut fatentur omnes: jure autem communii admittitur filius fratri. Ergo & ex dispositione hominis idem erit, quod ex lege: cum dispositio hominis sit juxta legem & jus commune interpretanda, & præterea, fideicommissum familiæ nomine collectivo relictum ita est intelligendum secundum omnes, ut proximiores admittantur. l. ult. C. de verbis. signific. l. si cognatis. ff. de reb. dub. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. l. 1. C. de sec. nup. cur obsecro eadem hominis dispositio non erit juxta juris regulas interpretanda in eo modo & ordine, qui à jure datur circa proximiores admittendos? qui ita admittuntur, ut filius subintrat locum patris proximioris jam defuncti. Qua ratione differentiam Baldi. Cum. & aliorum reprobant, & in hoc optimè Andr. Tiraq. in d. q. 40. n. 187.

¶ Verum ad hujus questionis resolutionem plura erunt adnotanda & definienda in specie, quæ hactenus confusè nimis fuerint ab aliis traditas variè siquidem & olim, & nunc hac in re fuit, & est controversum.

¶ Primum, in d. §. in fideic. & universaliter quoties fideic. est relictum familiæ sub nomine quidem collectivo: non admittuntur simul omnes de familia: nec cessa fideic. proximiori admissis. Immò adhuc integrum jus ejus permanet: ut ex fideicommissaria substitutione gradatim cæteri de familia admittantur: & vo- centur successivè. Hoc notat expressum Casti in d. §. in fideicommissum. Cujus opinio communis est, sicuti nos tradidimus in c. Raynaut. de testam. §. 2. numero. 7. Nec est necessaria alia prohibitio alienationis ad hoc fideicommissum: quod mihi satis probatur in d. §. in fideic. & in l. peto. §. fratre. ff. eo tit. in l. ult. C. de verbis. signific. quidquid alij dixerint.

¶ Secundo adnotandum est, quod Bald. in d. §. in fideic. scribit, quoties fideicommissum relinquitur familiæ, quibusdam tamen nominatis, ut prædilectis, nominatos esse preferendos, & primò admittendos, non tamen omnes simul, sed ex eis primò proximiores ipsi testatori. & hoc placet Bal. ex verisimili testatoris voluntate. Quam opin. sequitur Bart. Socin. in l. si cognatis. num. 40. ff. de reb. dub. quibus accedere videtur opin. Bart. in l. Gallus. §. quidam recte ff. de lib. & posthum. cujus ipse memini in d. §. 2. in print. Illic tamen ex frequentiori DD. sententia hanc opin. improbavi: & ideo nunc censeo Bald. opin. falsam esse fecutus Aret. & Socin. col. 3. in d. §. quidam recte. & ibi Lancel. Dec. col. 2. Gallia numero. 65. Quorum opin. magis communis ex eo mihi videtur, quod & adversus Bart. cujus auctoritate sententia Bald. plurimù instruebatur, & defendi poterat, omnes ferè, saltem frequentiori suffragio scripsierint. tametsi quod Bald. adnotavit procedere valeat in duobus casibus à me in dict. §. 2. traditis 2. & 3. concl.

¶ Tertiò, ad intellectum gloss. est observandum, quod ubi ad fideicommissum, relictum familiæ, vocantur à testatore expressum proximiores, filius fratri, ut quidam opinantur, non admittitur cum fratre & patruo, nec filius representat personam patris prædefuncti. Hanc conclusionem facillime admittent Bald. & alij, qui gl. reprobarunt, constituentes differentiam inter

inter dispositionem legis & hominis: quæ in hac specie obtinere videtur, nempe cum ab homine vocantur proximiōres: non autem ubi tantum apponitur nomen collectivum: tunc enim ordo datus à lege omnino servandus est. Nam etiam si à lege vocantur proximiōres: & eadem vocatione præmissa filius admittendus sit in locum patris per representationem simul cum patruo: id mirum non erit: quia & tunc agitur de interpretatione legis, non de interpretatione hominis, qui expressum vocavit proximiōres: quo casu aperta est ejus voluntas in hoc, qd̄ vere proximiōr admittatur, non is, qui per fictionem proximiōr censetur. Siquidem per fictionem & representationem filius fratri in locum patris admittitur ad successionem cum patruo, ut explicat Bald. in auth. cessante. C. de suis & legi. hered. colum. ultim. qui terribit, hanc vocationem & admissionem fieri per fictionem juris. Hæc vero non est admittenda in fideicommisso ab homine relatio: quia in fideicommissis veritas, non fictio attendenda est. l. fideicommissum. ff. de condit. & demonstr. l. Statius Florus. §. Cornelio ff. de jure fisci. Haic opinioni addit quod ex Castrensi adnotavimus vers. 2. contra gloss. item quod notat Bald. in l. iubeamus. §. ultim. junil prie. C. ad Trebell. scribens, quod licet alijs quandoque sequens in gradu representet proximiōrem: tamen ubi in dispositio- ne hominis sit mentio de gradu, non comprehenditur sequens in gradu: quamvis, ut dixi, talis sit, qui jure representet proximiōrem. Ad idem optimè conducit text. in l. si liberius præterito. §. si libertus. ff. de bon. lib. Igitur quamvis ex legis interpretatione, ubi fideicommissum familiæ relinquitur, admittendi sint proximiōres: & quoties lege proximiōr admittitur, filius quibusdam casibus repre- sentet patrem præmortuum: hoc ita verum est, quia in hac specie verba legis loquentis de proximiōre interpretamur. Non tamen idem erit, quoties dispositionem hominis proximiōrem vocantis interpretabimur: cum ea sit propriæ, ac juxta veritatem seclusa- fictione interpretanda. Ex quo poterit etiam dissolvi ratio quædam, quæ adduci solet contra conclusionem istam, quam hoc in loco probare conatur. Nam statuto vocante proximiōrem, filius patrem representat, & in ejus locum admittitur, secundum Alexind. conf. 88. lib. 1. Jaso. conf. 40. col. 4. lib. 4. Dec. conf. 48. & in l. 4. o. 2. l. 1. notab. 14. C. de secundis nupt. Tiraquell. in tract. de primogeniis. quest. 40. nu. 20. etenim licet statuta sint strictè interpretandi, nihilominus recipiunt interpretationem passim ex reg. juris communis. l. 1. §. 1. ff. ad leg. Falcid. Bald. & alij in l. si quis ser- vo. C. de furtis. Sed & principalis conclusio ex eo maximè deducitur, quod cum alioquin, ubi testator gravaverit filium onere fideicommissi, legis interpre- tatione id fideicommissum cesseret, si filius decesserit relictis liberis. l. cum avus. ff. de cond. & demonst. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & hæc legis interpretatione sit intelligenda de liberis legitimis, & naturalibus. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. Attamen fideicommissum ita expressum à testatore conceptum, si sine liberis institutus decesserit: intelligitur de liberis naturalibus tantum, licet non sint legitimi, l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. & illic gl. communiter recepta. Unde non immerito constitui potest, ad intellectum gloss. in d. §. in fideic. distin& ista, ex qua palam deducitur hæc tertia conclusio, quam in hac specie adnotarunt, & tenuerunt DD. quo um ad probationem quartæ & statim sequentis conclusionis mentio fieret: ac præterea Paris. conf. 30. n. 58. & seqq. & conf. 37. n. 57. & 73. atque iterum conf. 40. n. 23. lib. 2. His accedit text. opt. in auth. post fratres. C. de legi- simis hered. ubi post fratres, & fratrum filios, qui

proximiōr est, admittitur: & tamen post fratram filios non representat filius personam patris, ut receptum est. Ergo non alia ratione, quam quod tunc propriæ, & vere sit proximiōr admittendus, idcirco hæc tertia interpretatio gloss. in d. §. in fideicommiss. videtur juri congrua & vera: eo præsestit, quod opinio gl. propriæ multa difficultis sit ac multis dilliceat: tametsi Jason. in consil. 150. lib. 4. eamdem gloss. sententiam etiam in casu hujus tertiæ conclu- sionis probet, & admittat, post Bald. in conf. 488. l. 3.

Quarto, ubi fideicommissum relinquitur à quo- cumque testatore sub nomine familiæ, hac appo- sita conditione & clausula: ut ad id admittantur qui sint de familia, salva gradus prærogativa: tunc filius non obtinet locum patris, nec ejus personam repræsentat: quemadmodum probatur in auth. de- functo. C. ad Tert. ex propria illius decisionis ratione, ubi Castr. hoc sensit: & expressum assertit Dec. in conf. 1. colum. 3. Paris. in d. responsis. præserim in conf. 37. n. 73. lib. 2. Corn. in d. auth. defuncto. col. 2. pot Fulgo. ibi, Curt. Jun. in l. 2. C. de success. edit. n. 15. & Dec. iterum conf. 408. n. 12. licet & in hac specie opin. gl. sequatur Soc. Jun. in co l. 28. l. 1. nu. II.

¶ Quinto idem erit ferè eadem ratione, quoties testator ad fideicommissum relictum familiæ certum gradum nominatim vocaverit. Nam eo casu sequens in gradu, id est, qui sequentem gradum obtinet, non admittitur per representationem in locum patris præmortui, qui fuerat ex gradu priori. Quod vi- dentur notare, qui duas proximas conclusiones te- nuerunt, & in specie Curt. Jun. conf. 22. n. 78. & 11. Idem in l. 2. n. 14. C. de suc. edit. Paris. conf. 37. nu. 53. & 57. lib. 2. Carol. Molin. in Alex. conf. 204. lib. 2. & conf. 26. lib. 3.

¶ Sexto constat ex his, & ex dictis in conf. 2. quod in specie & casu d. §. in fideic. ex duobus no- minatis & predilectis à testatore altero mortuo non obtinere ejus filium locum patris ad obtainendum fideicommissum. Alter enim solus nominatus illud obtinebit, siquidem illi nominati gravati censem- tur, ut unus alteri post mortem restituat: secun- dum Castrensi, & communem ibi. Quod deduci pos- terit ex eodem. §. fideicommisso, ubi est text. opt. ibi post eos omnes notat latè Paris. in d. conf. 38. & n. 49. & seqq. quam opinionem ipse censeo com- munem esse.

¶ Septimò hinc constat, quod si testator ad fidei- commissum vocaverit filios, & nepotes: denique vocaverit filios, ut constituentes unicum tantum gradum à sequenti & nepotibus distinctum, ita quidem, quod appellatione filiorum non comprehen- dantur nepotes mortuo uno ex filiis, ejus filius non obtrinebit per representationem locum patris, nec admittetur simul cum patruo: & hoc sanè cum du- plici ratione. Prima ex eo, quod tradidimus superius vers. 5. Secunda ex eo, quod notavimus proximo vers. 6. etenim quoties filii vocantur, ita ut gradum unum constituent, nec contineant nepotes, nomi- nati censentur vocati, & idē filii in hoc casu non subintrat locum patris. Atque ita tenent Cumani. & Alexand. in l. heredes mei. §. ultim. ff. ad Trebell. juncta gloss. Curt. Jun. in d. l. 2. n. 14. & idem in d. conf. Paul. Paris. & alij modò citati.

¶ Octavo est advertendum, quod etiam fidei- commissum instituatur à testatore, qui expressum vo- cavit plures sub nomine collectivo, salva tamen gra- dus prærogativa admittendos servato ordine suc- cessionis ab intestato, vel à jure tradito: tunc fi- lius representabit personam patris, & in locum ejus admittetur ad fideicommissum, quod reliquerit as- cendentium aliquis, patruus, amita, vel materte- ra. Quemadmodum in specie Dec. probat, & res- pondet in conf. 79. col. 2.

¶ Nond, seclusis hisce casibus, erit admittenda opinio gloss. in fideicommissis, & filius personam patris representabit, ut cum patruo illud obtineat fideicommissum, quod familiae delatum fuerit, quoties fideicommissum est relictum ab avo, vel a ascendente, aut a patruo, amita, vel materterea, etiam si simpliciter vocata fuerit familia sub nomine collectivo. Hæc etenim est propria intentio gl. in d. §. in fideicom. quam in hoc sensu intelligunt, & sequuntur Dec. conf. 1. colum. 2. & conf. 79. optimè atque in specie idem Deci. conf. 217. Rulin. inter conf. Rubei conf. 40. numer. 4. & ipse Rub. conf. 82. col. ult. Curt. Jun. in lib. 2. n. 11. C. de success. edit. Carol. Molin. in additionib. ad Alex. conf. 26. lib. 3. ubi sensit ita esse intelligendum responsum Alexand. ibi, qui dixit communiter approbate gloss. d. §. in fideicommisso. Quin & in hoc sensu scriptit, hanc esse communem opinionem, Paril. conf. 36. col. 2. lib. 2. eamdem tenent in specie ita gloss. interpretati Bart. Socin. conf. 51. l. 4. n. 19. Aret. conf. 164. col. pen. 1mol. in dict. §. fideicommisso. Denique omnes, qui gl. sequuntur, ita eam intellexere, & præterea Curt. Jun. confil. 128. numer. 11. pulchrè Jason. conf. 215. lib. 2. & conf. 159. lib. 4. Sed & Socin. Jun. conf. 126. numer. 10. lib. 1. alleverat hoc sine dubitatione verum esse.

¶ Hi vero auctores non satis aperiunt, † an in successione ascendentium descendentes omnes, etiam ultra pronepotes admittantur per representationem. Id etenim est haec tenus satis controversum; Nam text. in §. dum filius. Instit. de hered. que ab intestato def. tantum de pronepotibus tractat, & statuit, hos esse per representationem admittendos ad successiones proavi. Et idem sunt qui teneant, ultra pronepotes non esse admittendam representationem, ut filius locum patris præmortui omnino teneat. Hoc sane, etiam si locus mendosus appareat, tenet Fab. in d. §. cum filius. & illic Angel. Aret. colum. 1. idem Aret. in §. multis inst. de success. liber. col. 1. latissime omnium sigismund. Lofredus in Paraphrasibus Fendal. tit. de natura success. feud. fol. 51. citatur pro hac parte Bart. in l. 1. §. sed si quis. ff. de suis & legit. hered. qui de pronepotibus tacetur, non tamen negat de ulterioribus. Idem Bart. in auth. post fratres. scribit, representationem tantum esse admittendam ubi agimus de successione patrui vel avi, non tamen excludit successionem proavi, Ego quidem eti si videam non posse hanc controversiam deduci in proxim: quia raro pronepotes agunt de proavi successione: cum vero esse omnino necessariam ad interpretationem fideicommissi ab abavo, & aliis ulterioribus relieti & instituti, quoad prætentem questionem opinor: & deinde censio contrariam sententiam veriorum esse. Idcirco mihi potius placet, ultra pronepotes esse locutus representationi, etiam in decimo gradu. Quod expressum tenet gl. & illic Joan. Faber in dict. §. multis, in verb. ad quintum. Roland. in tract. de succ. ab intest. 11. col. vers. sed si cum filiis. Cynus tract. de succ. ab intest. licet Sigismundus neget, istud opus esse Cyni, eandem opin. repetit ipse Faber. in §. ceterum. Instit. de legit. agna succ. n. 3. Salic. in auth. in successione. in fine. C. de succ. & legit. liberis. Eguinarius Bart. in d. §. cum filius. Quorum opinio probatur in §. item veiuastas. ver. ita tamen. Instit. de hered. que ab intest. def. ubi in successione hereditatis ascendentium succedunt nepotes, pronepotes, & aliae personæ descendentes ex masculo, vel feminâ, in stirpes, & non in capita. Idem ferè traditur in d. auth. de succ. Quid si ulteriores personæ post nepotes, succedunt ascendentibus in stirpes, ut constat: plane sequitur, filios admitti in locum parentum præmortuorum per representationem: alioqui non datur successio in stirpes. Atque ita est hæc conclusio definita, ut appareat quid referat intellectuille opinionem gl. §. in fideicommisso. post

Dec. & alios co modo, quo in hoc versic. 9. intelligimus. Tametsi, etiam juxta hunc intellectum reprobet gl. Ant. Rub. conf. 36. col. ult. & conf. 38. col. 2. atque in hoc Bald. & alij inclinent, dum constitueri conantur discrimen: ad differentiam inter dispositionem hominis, & legis: quæ non satis congruit huic disputationi, ut superius probavimus, ubi fideicommiss. sub nomine tanum collectivo familiae simpliciter relinquitur: & idem ipse opinor gl. admittendam esse in praedicto sensu.

Decimò appetet ferè ex consensu omnium qui & gloss. improbant, & sequuntur, ad fideicommissum relictum familiae, etiam simpliciter nomine collectivo, ab eo testatore qui non fuerit ex ascendentibus, nec ex patruis, materteris aut amitis, non esse admittendos filios fratri præmortui cum patruis superstibus: & hæc proculdubio communis opinio. Sed & in hoc casu, & denique in hac controversia ad præsentem dubitationem admonendus est lector, ut diligentissime observet voluntatem, etiam præsumptam testatoris, & disponentis: atque item an illud sit vetum, quod in initio hujus capituli tractavimus: nempe, attendendam esse, quoad fideicommissa, & alia vincula, personam ultimi possessoris, & sic gravari, ut ejus respectus successio derivetur, & debitum ordinem habeat.

¶ Undecimò illud est observandum adhuc in fideicommissis, quod † ubi ad fideicommissum relictum agnationi, vel familiae sub nomine collectivo vocantur agnati, vel cognati jure primogeniture, & majoratus filius primogeniti præmortui preferatur patruo, & filio ultimi possessoris, subintratque filius in locum patris jure primogenij, probat hoc in successione Regia. l. partitarum. 2. tit. 15. par. 2. & in omnibus majoratibus Regia lex 40. Tauri, que hoc ipsum statuit, non tantum ubi tractatur de succedendo in primogenio ascendentibus, sed eti. si tractetur de succedendo transversali, ut ipse intelligat etiam ultimo possessori, non solum majoratus institutor: sed & jure communis hanc eamdem opinionem probant, & sequuntur plures: præsertim Oldrad. conf. 224. Alberic. in proœmio Pandectarum. §. discipuli. col. antepen. Bal. in l. liberti libertaque. C. de liber. numer. 18. Paul. de Castr. in l. maximum vilium numer. 3. C. de liber. præst. idem l. in his potest. numer. 2. ff. de acquirenda hered. & ibi Jal. num. 32. idem Paulus confil. 164. lib. 4. Abbat. confil. 85. lib. 1. idem Abb. numer. 18. Anchar. numer. 19. & Card. quest. ultim. in c. licet de voto. Præposit. in capit. 1. de feud. Marchie, ducatus & comitatus. Aret. conf. 144. col. 4. Soc. conf. 252. lib. 2. col. 6. Quata sententiam & plerique alij tenuerunt, quos sequitur, & omnium latissime refert And. Tiraqu. in tract. de primogeniis, quest. 40. Joann. Citier. de primogenitura libr. 1. quest. 25. & 26. quæ quidem opinio servatur consuetudine tanquam verior. secundum Carol. Molin. in Alexand. conf. 4. libr. 4. eandem sequuntur Thom. Gramm. des. 1. Alciat. libr. 8. parerg. cap. 15. ubi scribit hanc esse magis communem sentent. Idem fatentur & plures alij, quorum meminit Tiraqu. in d. quash. 40. numer. 11. qui latissime tradit, apud quas gentes fuerit, & sit hæc opinio recepta.

¶ Nec tamen olim defuere, qui pro patruo adversus nepotem responderint: idemque & juniores quidam fecere. Hujus etenim partim auctores, & defensores sunt Oldrad. sibi contrarius conf. 94. Ricard. Malumbrius, Cynus, Baldus, Salicetus, & Paulus Castr. in leg. si viva matre. per illum text. C. de bonis mater. Domin. & Franc. in cap. grandi. de suppl. neglig. prælat. Fulg. in l. ut intestato. C. de succ. & legit. hered. Chassan. in confil. 53. Anton. Rubeus confil. 149. & plerique alij per Tiraquel. citati q. 40. n. 13. quorum opinio magis communis est secundum Alex. conf. 4. lib.

*lib. 4. Dec. consil. 443. & Matth. de Afflict. in rubr.  
de success. feud. num. 86. lib. feud. Idem tradit Cujac.  
lib. 2. de feud. tit. 16. sed quia res ista, & controversia  
jam est definita per Regiam constitutionem, non est,  
cur toties hec repetatur disputatio, præsertim quid  
Andr. Titaq. Matth. de Afflict. Joan. Citier. & Thom.  
Gram. latissime hanc questionem disputaverint.*

Ipsius vero etiam seclusa lege Regia arbitror opinionem, quam nepoci favet adversus patronum, veriorum esse. Et ideo omissis rationibus & auctoritatibus, quae optimè ab aliis traduntur, rationem quamdam ex conjectura & præsumpta mente testatoris deducam: ac deinde legem ipsam Reg. & Taurinam constitutio- nem interpretari conabot ad praxim, & usum: quandoquidem possunt plura contingere dubia ad ejus intellectum.

Etenim qui primogenium constituit, & majoratum, hoc planè in favorem agnationis vult, quod primogenium illud deferatur gradatim primogenitis per lineam rectam, ita quidem, & ut uni derur & competit, qui ex linea recta primogenitus sit, & primum gradum obtineat in eadem linea post ultimum possessorum, ejusdemque gradus primum locum habeat. Nam quod jure traditur de patruis admittendis cum nepotibus, obtinet, ubi res ad plures devenire potest. At quoties uni tantum, & primogenito deferatur fideicommissum, primogenitus unius gradus semel admissus reliquos de illo gradu excludit interim, dum gradatim potest primogenium in posteros deferti: cùm gradus descendenter ordinem efficiant, & constituant: nec distingui aut mutari possunt, nec numerari ex pluribus in eodem gradu existentibus, quod est satis manifestum. Vult & præterea primus majoratus auctor, quod si primogenium in transversam lineam transierit, aut locum obtineat, idem in eas servetur, ita, ut semper descendit ab illo, qui vel ultimus possessor est, vel post ultimum primum locum obtinet ad primogenium. Igitur si gradatim primogenitum defertur primogenitis per lineam rectam: consequitur necessariò, quod mortuo possessore ille primogenitus ad majoratum vocatur, qui ead. in linea recta sequentem gradum constituit, & efficit jure primogeniturae: unde filio primogenito vivente patre possessore majoratus, ejus filius major, & primogenitus gradatim subintrat, & primum locum obtinet in linea recta deficiente patre, & gradu primo, quem ipse pater constituebat: atque ideo primogenium habere debet. Hæc etenim linea recta semper est consideranda, nec est divertendum ad transversales, cùm ea sit natura primogenij constituti ad deferendum aliquod patrimonium uni eidemque majori, & primogenito, ut gradatim linea recta semper sit observanda, neque digressio sit ad transversales, qui à majori & primogenito ejusdem gradus fuere exclusi, is siquidem loco ejusdem gradus primogenij jura obtinuit. Quod etiam constat, quia mortuo possessore majoratus relictis fratribus, & filiis: defertur dubio procul primogenium filio majori, & primogenito, non fratribus: nempe ex eo, quod gradatim in deferendis primogenitiis sit successio distribuenda per lineam rectam, dum fieri poterit descendendo ab uno in alium nullo pacto transversales admittendos, Summa ergo totius rationis est, in majoribus, & primogeniturae ex mente testatoris, aut primi institutoris, successione gradatim deferti ad descendentes primogenitos per linem omnino rectam, si fieri possit, ita ut uni, & primogenito, ac majori patrimonium detur. Quæ quidem ratio deducitur à mente testatorum observata ratione text. in leg. ult. Cod. de verb. sign. & in l. 2. tit.

15. part. 2. quæ linearum rectam observat. Ad hæc accedit, quod per institutionem majoratus videatur major, & primogenitus in qualibet linea vocari, & ita quidem invitari, ut durante linea primogeniti, non fiat transitus ad secundogenitum, text. in c. I. in fin.

Didaci Covar. Tom. II,

*de natura & success. feud. quem text. ad hoc induxit Alciat. inter responia Grati. conf. 7. & Soc. cors. 252. lib. 2. col. 8. idem probare conatur ex cap. 1. de succ. feud. text. tamen aptius est in d. c. 1. de nat. & suc. feud. cuius & ipse Soc. meminit. Sed & ratio istu decui poterit ex Castr. in dict. conf. 164. & Præpol. in dict. c. fundamento 19. pro nepote. [Ex quibus hanc opin. in primogeniis veram esse centemus, etiam ubi aliequi ex reg. juris in successionibus representationi locus non sit, ut tandem in hoc genere succedendi representatione sit ex natura rei admittenda: nisi aliud ex voluntate testatoris, aut ejus, qui primogenium primus instituit, contiterit, qua de re tractat Bald. in leg. liberti. Cod. de oper. libert. & alii plerique idem arg. tractaveré, præsertim ad legem Taurinam dictissi. Peralta in Rub. de hered. insit: n. 121. & Eman. à Costa in tract. de leg. mentali ac nupt. Ludovic. Molina, vir planè & acumine ingenij & judicij integritate insignis, & apud Regem nostrum Philippum in summo prætorio Consiliarius, in l. 3. de primogen. c. 6. & seqq.*

Prima Taurinæ legis pars.

¶ En la successión del Mayorazgo, aunque el hijo mayor muera en vida del tenedor del mayorazgo, o de aquel a quien pertenece: si el tal hijo mayor dexare heredero, o nieto descendiente legítimo: estos tales descendencias del hijo mayor, por su orden, perfieran al hijo segundo, del dicho tenedor, de aquel a qui el dicho mayorazgo pertenece.

¶ Haec tenus prima l. Regiae pars, ex qua deducuntur plura.

¶ Primum ex hac Regia decisione appetat non tantum præfendum esse nepotem patruo, quoties primogenitus post patris obitum majoratum obtinuit, & tandem moritur reliquis filio, & fratre. In hoc etenim casu nulla videtur apud autores controversia: quia conveniunt omnes etiam qui partes patrui conati sunt defendere, nepotem esse admittendum, & filium fratri præferendum in successione, text. opt. in cap. licet, de voto, & ibi Card. & Abb. ulti. notab. text. etiam in cap. grandi. de suppl. neglig. prælat. in 6. & illie Anch. & Franc. Mart. Laud. in tract. de primogenitura, col. pen. & Corletus de potest. Reg. quæst. 115. Decis. cons. 443. vers. quinto non obstat. Bald. in leg. tuela, §. si duo ff. de leg. tuel. ac plures alij, quos sequitur And. Tiraqu. in dict. quæst. 40. statim in principio dicens, hoc à nomine ferè negari: idque ex historiis probat, sic & in regno Castellæ Joannes Rex II. hujus nominis regnum obtinuit mortuo Henrico III. ejus patre, qui regnum possederat, etiamsi Henricus fratrem reliquerit Ferdinandum. qui dictus est infans Antequera, & postea regnum Arag. legitima successione fuit consecutus: & ipsum alias factum est sapissimum: ut ex Chron. appetat, & idem Tiraquel. commemorat. Sed & nepos patruo præfertur leg. Reg. etiam patre primogenito ultimi possessoris mortuo in vita ipsius patris, & avi. Quod palam probatur in dict. 1. & ita est hæc constit. pro his qui partes nepotis jure defendunt adversus illos, qui hoc in casu patrui jus tutantur Atque in hoc convenit Taur: constit. cum lege Part. quæ in successione regni idem statuerat.

¶ Secundò ex eadem Regia decisione, si ad amul-  
sim expendatur, + constat nepotem patruo esse præ-  
ferendum, etiamsi ipsi sit ætate minor patruo, quod  
satis dictat regia lex: & probat ratio paulò ante à  
me adducta: idemque jure communi tenuerunt om-

nes, qui pro nepote scripsere adversus patrum, taliter magis communiter, eorumque rationes in hoc tendunt. Nam ubi nepos ex filio primogenito esset major ætate patruo, & ad primogenitum vocatus esset simpliciter primogenitus, ut frequenter fieri solet, proiecto etiam feclula lege Regia, etiam ex sententia defendantium jura patruo; esset nepos præferendus: quemadmodum ipse Matth. de Afflict. tradidit, & tenet in d. rubr. de success. feudi, num. 91. Bald. & Fulg. in lib. ut intestato, C. de succ. & leg. Alex. in lib. is potest. col. 2. & ibi Ias. col. 7. ff. de acq. hered. Alex. conf. 4. lib. 4. col. 2. Deci. conf. 443. col. 3. Tiraq. in d. qu. 40. num. 5.

¶ Tertio ex eadem ratione, & lege Regia deducitur, nepotem esse præferendum patruo, etiamsi fideicom. & primogenitum ab ipso testatore fuerit delatum primogenitis, & majoribus natu. Nam etiam in hac specie nepos locum patris primogeniti obtinet, & præfertur patruo in majori ætate. Hoc ipsum in specie not. Cast. in d. conf. 164. lib. 1. & latè Soc. conf. 252. lib. 2. Quorum opinio verior est perpensa hac lege Taur. & ratione, quam superius constituit: & deinde perpensis his, quæ tradit Tiraq. in d. quæst. 40. num. 102. & sequent. Quamvis Alciat. contrarium responderit inter Grat. responsa conf. 8. & lib. 8. Parerg. c. 15.

¶ Quartu[m] liceat in majoratus, & primogenitorum successione mares fœminis præferantur in eodem gradu, & linea etiamsi mares sint ætate minores fœminis primogenitis, quod notavimus lib. 3. var. resol. num. 5. attamen filia primogeniti jam p[re]mortui vivente patre excludit patrum masculum secundogenitum ubi ex conditionibus, & legibus primogenitij non excluditur fœmina. Hoc enim eadem ratione, & lege Regia probatur: & tenet expressim Sebast. Neapol. in consuetudinibus Neapolitanis tit. de success. ab intest. super verb ex masculis Thom. Gram. decis. 1. num. 28. qui refert, ita pronunciatum fuisse in regno Neapol. per ipsum Regem Ferdinandum primum anno 1480 quod etiam commemorat Matth. de Afflict. in tit. de natura succ. feu. num. 54. qui ab h[ic] opinione non audet discedere: tametsi maximè dubitet, quippe qui semper in hac controversia magis declinaverit in favorem patruo contra nepotem. Sed opinionem istam, quam in hoc versic. quarto intellectu probavimus, tenet Isernia in cap. 1. in prin. num. 2. de eo qui sibi & hered. su. masc. Præpol. in cap. 1. de feud. March. duc. & comitar. 15. fundam, pro nepote, & Sigismun. Lofred. in conf. 39. num. 28. optimè Tiraq. de primog. quæst. 14. quem legit. Nam plerumque hac questione erratur, dum opin. istam falsam etiam sequuntur quidam in eo casu quo expressim à primogenito fœmina excluditur. Quia in re non satis seipsum explicat Lofredus, sicut nec Ioan. Lup. in rubr. de donat. 49. num. 26. Regia item Partitaria lex in Regni successione, de hac quatta interpretatione tractat. cui adde l. 9. tit. 1. part. 2.)

¶ Quinto ex præmissis illud est observandum, ¶ Regiam legem; & opin. quæ pro nepote adversus patrum probata est, admittendam esse, sive ex dispositione, ac institutione majoratus vocetur filius primogenitus simpliciter. Nam utroque calu idem erit illa ratione, quam constitutus pro hac parte & ex l. Regia, quæ satis generaliter hoc explicare videtur. Atque in hoc tendunt ferè omnes rationes, quæ à Doctor. pro hac opinione traduntur: tametsi in priori casu quando filius primogenitus expressim vocatur, patrum esse præferendum nepoti etiam majori & priùs nato asservent Bald. & Fulg. in dict. 1. ut intestato, Cod. de suis & legit. liber. Alex. in dict. 1. is potest. col. 2. & ibi Ias. col. 7. ff. de acquir. hered. idem Alex. conf. 4. lib. 4. col. 2. ad fin. Ex quibus hanc opinionem in primogeniti veram esse censemus, etiam ubi aliquai

ex regulis juris in successionibus representatione locus non sit. Ut tandem in hoc genere succedendi representatione sit ex natura rei admittenda: nisi aliud ex voluntate testatoris, aut ejus, qui primogenitum primus instituit, constiterit. Quamobrem mihi non omnino placet Tiraq. adnot. in d. quæst. num. 163. quæst. 41. num. 4. ubi dubius est, & dictione, forte utitur.

¶ Sexto, Regia lex & opinio, quæ nepoti favet, etiam obtinet non tantum in filio primogeniti mortui vivente patre, sed & in filio secundogeniti, qui mortuus est vivente patre, ac superstite primogenito, qui tamen postea mortem obierit absque liberis vivente patre. Nam hic filius secundogeniti subintrat locum patris aduersus tertigenitum, & in majoratu mortuo avo præfertur tertio. Quid eidem rationibus probatur, & notant latissime Socia. in conf. 252. lib. 2. & Thomas Gram. decis. 1. num. 30. sentit Aret. in conf. 164. si obseruetur factum, super quo consultus respondit.

¶ Septimo ex his ipse infero, quod ubi constaret aliquid patrimonium esse majoratum, nec tamen constaret de clausulis fideicomissi: esset omnino servanda legis Regiae responsio: quia in dubio evideatur fuisse mens testatoris, & illius, qui majoratum instituit. Hoc ipse adnotavi lib. 2. var. resol. cap. 5. n.m. 8.

¶ Octavò hujus l. Reg. & Taur. verba ibi, En vida del tenedor del mayorago, o de aquél a quien pertenece: poslunt habere duplē sententia. Primò etenim intelligenda sunt de illo, ad quem primogenitum jure nunc pertinet, quamvis id alias possidat iniquè & injustè. Etenim si hujus filius primogenitus moriatur patre superstite, nepos, filiusque primogeniti subrogatur patri, ut ad majoratum omnino admittatur, vel ad prolequendum jus illud evincendi primogenitum ab iniquo professo. Secundò potest constui exemplum de filio primogenito, qui filium habet nepotem possessoris, & hic nepos moriatur viventibus avo possessori, & patre primogenito, relicto tamen filio pronepote possessori: is enim pronepos erit admittendus ad majoratum omnino post mortem proavi, si & avus jam mortem ante proavum obierit, excluditque patruos, & idem fratres avi primogeniti.

#### Sequitur secunda Taurinae legis pars.

¶ Lo qual no solamente mandamos, que se guarde y pratique en la succession del mayorago a los ascendentes, Pero aun en la succession de los mayoragos a los transversales, de manera que siempre el hijo y sus descendentes legítimos por su orden representen la persona de sus padres. Aunque sus padres no ayan sucedido en los dichos mayoragos.

¶ Hæc legis pars, quoad exempla potest intelligi: etenim primò eum sensum habet, quod hic ordo sit servandus quoad successionem per representationem ubi majoratus & fuerit ab initio constitutus ab ascende[n]te, & demum successio delata fuerit in eum, qui non habuit, nec habet descendentes, sed transversales, ac quorum unum primogenitum devenit: tandem ultimi possessoris filius primogenitus mortem obierit in vita possessoris ejusdem, relicto filio & fratre. Nam in hoc calu nepos præfertur patruo, per representationem, licet semel in transversam lineam transferat primogenitum. Hoc autem exemplum ferè nullam dubitationem habet, sicut nec illud, quod constituitur: ubi per lineam rectam derivatur successio in primogenitos absque ulla interruptione, ita ut nusquam ex transversa linea quisquam fuerit admissus. Semper enim in his duobus casibus agitur de successione ascendentium,

dentium, vel ascendentis, qui majoratum constituit. Quemadmodum in initio hujus capituli explicimus. Hic siquidem ultimus possessor ex linea transversa, omnino descendit a testatore. & idem representationis jus in ejus successione locum obtinet, ut superius præmisimus, qui ratione quoties majoratus auctor, & institutor eit de ascendentibus, & ab eo descendit ultimus possessor, Regia lex palam procedit, & iure communi, sive jam linea dicta in transversam mutata fuerit, sive permanenter, omnes enim a primo testatore descendant.

¶ Secundo potest haec Regia responsio intelligi in majoratu, & primogenio constituto ab aliquo transversali: nempè a fratre in fratrem, & fratris filios, ac descendentes. Etenim quamvis iure communi non sit locus representationi in successione linea transversæ, nisi cùn agitur de successione patrui: tamen in primogenio, & majoratu Regia lex hoc statuit, ut semper sit locus representationi, ita quidem, quod nepos patruo præferatur. Quæ sanè decisio admitti jure poterit propter rationem, quam superius tradidimus *hoc in cap. vers. etenim qui primogenium*. Et hoc exemplum planè obtinet, ubi ultimus possessor majoratus est, item de ascendentibus ab eoque patruis, & nepos, qui modò contendunt, proximam originem ducunt.

¶ Tertiò ad intellectum hujus Regiæ constitutum illud erit observandum, eam equidem obtinere, & admittendam fore, non solum ubi contenditur inter patrum & nepotem ultimi possessoris descendentes: quod modò adnotabam, erat enim patruus filius secundogenitus ultimi possessoris: & ipse nepos primogeniti præmortui filius: sed etiam quando ultimus possessor moritur absque liberis reliquo fratre minori, & filio fratris secundogenito majoris jam præmortui. Etenim & in hoc casu, sicut frater secundogenitus jam præmortuus, si vivet, obtineret primogenium excluso fratre tertio genito: ita & filius ejusdem fratris secundogeniti præmortui est admittendus excluso patruo, fratre tertio genito ipsius ultimi possessoris, etiam si majoratus fuerit institutus ex aliquo ex transversa linea. Nec me latet, contrarium quibusdam placuisse, qui existimant, non esse locum Regiæ decisioni, quoties primus auctor majoratus, quaque illum in favorem agnationis instituit: & ejusdem primogenij ultimus possessor, sunt ex linea transversa familiæ, & agnationis, non de ascendentibus: imò tandem uterque fuerit transversalis. Unde consequenter opinantur, nepotem excludi a patruo quoad majoratum institutum ab aliquo transversali, ubi patruus & nepos non descendunt ab ultimo possessore: imò uterque eum attingit linea transversa cognationis vel agnationis. Quasi post filios fratum locus non sit jure communni representationi quoad successionem transversalium: & idem iuxta iuris communis regulas, & legem ordinarię successionis secundum hanc opinionem non est ad primogenium a transversali constitutum admittendus per presentationem filius præmortui fratris, qui post ultimum possessorem ejus fratrem primogenitum foret admittendus, si vivet, excluso fratre minori: potiusque tertius hic frater, & minor ultimi possessoris, excludet omnino nepotem, ejusdemque filium fratris secundogeniti, qui vivente fratre primogenito, & ultimo possesso mortem obierat. Cui opinioni jure com. adstipulatur auctoritas Anton. de Butrin. in cons. 47. qui afferit, in successione transversalium non esse admittendam prærogativam proximioris, & primogeniturae per representationem. Et tractat in eo responso factum illud, in quo ultimus possessor transversalis est, & a trans-

versali successio habuit originem. Sic & Iernia in const. Neapol. tit. 24. libr. tertio. adnotavit, quod primogenitura non habet locum, quando succeditur fratri: sed cum parti succedendum eit. Item & Afflct. in cap. omnes filii, si de feudo fuerit contro. invest. num. 12. p. 1 m afferit, in successione primogenitorum non esse admittendam representationem quoties ultimus possessor transversalis est. Idem tamen Afflct. in const. Neap. li. 3. diet. tit. 24. num. 23 dubitat de conclusione Antonij, quoad representationem: & profecto, ni fallor ipse, meritò. Nam quod ipse in dict. cap. omnes, num. 12. scripsit falsum esse, & iure Regio manifestè sublatum. Id verò quod Iernia tractat parum facit: quia vel falsum itidem est, vel minimè conveniens legibus primogenitorum: cum ipse non unum fratrem, sed omnes fratres admittat post fratrem ultimum possessorem. Quamobrem ipse sub cuiusque doctoris censura vetiorem esse opinor eam conclusionem, quam in initio hujus tertie interpretationis exponere conabar: eamdemve à Theoricis & Practicis jure admittendam fore. Nam & mortuo fratre ultimo possessore, admittendum esse ad primogenitum filium fratris secundogeniti, & præmortui excluso fratre tertio genito, eodemque patruo: responderunt Tiraqu. in tract. de primogen. quest. 41. & hoc consil. 152. lib. 2. per totum, præsertim colum. 8. vers. presuppono etiam, & Aret. cons. 164. ipseque Afflct. in dict. tit. 24. n. 33. refert, ita respondisse plutes iuri utriusque DD. Nec quidquam refert dicere, quod hi DD. hanc opin. probaverint, ubi majoratus habuit originem ab ascendentib; Nam eorum rationes non ita restringuntur: sed in hoc tendunt quod primogenito deferatur jure, consuetudine, vel testamento successio. Et deinde considerant Aret. & alij personam ultimi possessoris ad coadjuvandam eorum opin. probantes in successione transversalium admitti, etiam jure communi representationem.

¶ Hanc vero sententiam ex eo probare mihi videor, quod ratio Regiæ legis, & quæ superius à me tradita fuit ad successionem primogenitorum omnes has species, & casus complectitur: nec restringitur successio ista, quæ ad primogenia competit legibus ordinarię successionis & legitimā, quæ ab intestatis defertur: nec item legibus fideicommissi, quod familiæ aut agnationi ex testamento relinquitur. Quæ ratione in universum regia lex, quoad successionem primogenitorum, & majoratum representationem admittit: nisi contrarium fuerit a primo testatore cautum, & decretum.

¶ Quis enim non videt, ex lege Rege etiamsi alioqui vera foret opinio, quod in successione ascendentium ultra pronepotes non sit locus representationi: nihilominus in majoratibus & primogeniis admittendam esse representationem istam in quibuscumque descendentibus testatoris ascendentis successoribus? Perpetua enim est, nec hoc negatur, representationis vis, & potestas non tantum in majoratibus, sed & in fideicommissis, quoties successio, de qua tractatur, contingit erga testatorem ascendentem. Et licet dubia haec esset opinio in fideicommissis, in majoratibus & primogeniis, nec dubia jure regio videri potest: nec itidem jure communi, rationibus & auctoritatibus destituta est: imò haec tenus frequentiori DD. calculo, & ferè omnium gentium praxi, & usu recepta videtur.

¶ Sed & ubi primus testator, & majoratus auctor ex transversa linea vocaverit ad primogenium agnatos, vel ab initio, post ejus liberos: & tandem ad transversales ipsius primi testatoris devenerit primogenitum, dubio procul ex lege Regia respondentur erit, ut passim conceditur, filium primo-

geniti præmortui vivente patre ultimo possesso, patrem ipsum repræsentare, & præferendum esse patruo filioque secundogenito ultimi possessoris. Et tamen secundum regulas juris communis & ordinariæ successionis ab intestato, in linea transversa non erat admittenda repræsentatio ultra filios fratrum. Ergo regia lex, atque item lex primogenitorum non sequitur regulas ordinariæ, quæ jure communi constitutæ sunt de representatione ad successionem, quæ defertur ab intestato: vel jure fideicommissi. Quid si dixeris, idè in hac specie admitti representationem: quia etsi primus majoratus auctor fuerit transversalis, ultimus tamen possessor est de ascendentibus, & in his gravaminibus consideratur persona ultimi possessoris, & sic gravati, ut in initio hujus cap. disputabamus ex dict. §. fideicom. Hoc non admodum uget adversus hanc interpretationem, quam ipse probare conatus sum, quia vel illa Socin. opin, falla est, vel potius pro nobis est, retorquetur ita prædicta argumentatio. Quia si persona ultimi possessoris est attendenda: cur obsecro filius fratri non repræsentabit personam patris ad succedendum patruo ultimo majoratus possessori? Cùm secundum regulas Juris communis in successione patrui admittendus sit filius in locum patris per representationem. Dices forsan, utriusque personam, primi testatoris & ultimi possessoris, considerandam esse. Primi, inquam, à quo patrimonium primogenij capitur: ultimi possessoris, quia ei gradatim immoderata succeditur. Sed tunc cùm utraque in hujusce nostræ questionis specie proposita fuerit transversalis, & ex agnationis transversa linea, verè succeditur in majoratu transversali. Quid lex Taurina permittit in 2. parte: ergo & locus est representationi; cùm eadem constitutio statuerit in successione primogenitorum, etiam quando succeditur transversali, locum esse representationi. In hac etenim specie, quam proponimus: sive consideremus personam primi testatoris, sive ultimi possessoris, sive utriusque semper transversalis succeditur. Nec quidquam obierit, quod prima hujus legis pars tractet de filio possessoris: quia tunc non tractabatur de successione transversalium, sed de successione descendientium.

### Tertia legis Taurinæ pars.

¶ Salvo, si otra cosa estuviere dispuesta por el que primeramente constituyo, y ordeno el Mayorago: que en tal caso mandamos, que se guarde de la voluntad del que lo instituyo.

¶ Hæc autem voluntas expréssim constare debet, aut sanè ita tacitè, quid in dubium revocari non valeat. Quo l. Bald. tractate videtur in l. liberti, libertaque C. de oper. libert. & alij plerique, quorum conjecturas diligenter observandas esse existimo, ne quid voluntati tribuantur, quod ab ea sit alienum. Quod igitur, si primus auctor institutor majoratus voluerit expréssim primo admitti ad majoratum ex suis descendientibus, vel agnatis primogenium majorem, & post illum secundogenium? ¶ an tunc nepos patruum secundogenitum excludat, cùm ipse sit filius primogeniti præmortui vivente ultimo possessori? Et sanè quod in hoc casu voluntas testatoris ea sit, ut minimè excludatur secundogenitus à filio primogeniti præmortui, responderunt Batt. Chassan. in conf. 53. qui latè, ac longè opinionem istam defendit, & Anton. Aub. conf. 149. uterque tamen sententiam istam, non tam jure ordinario & regulis commun. quā ex verbis præscriptis, & adjectis à donatore, & primo majoratus auctore præter præmissam vocationem secundogeniti, conatur deducere ac probare. Atque

ideo ipse ecclæ, etiam in hoc casu admittendam esse hujus legis decisionem. Cui opinioni in majoratu constituto ab ascendentī fatis adtipulatur Jurisconsulti responsum in leg. cùm avus, ff. de condit. & demonst. & Justinian: in leg. cùm acutissimi, Cod. de fideicom. & leg. generaliter, §. cùm autem, Cod. in inst. & subst. l. 10. tit. 4. pars. 6. ex quibus apparet, conditionem illam, si sine liberis decesserit: semper subintelligi, quoties aliquis de descendentiis gravatur alteri restituere fideicommissum. Nam ea dispositio est intelligenda, si gravatus ille decesserit absque liberis. Etenim quemadmodum testator prædilexit primò nominatum, & honoratum, ita & ejus liberos prædilexisse videtur. Sic denique ubi secundogenitus votatur ad primogenitum: ea vocatio est intelligenda post primogenitum, & ejus libertas & quoties primogenitus absque liberis mortem obierit, ex dict. leg. cùm avus, & similibus. Quæ etiam obtinet, ubi restitutio facienda est descendenti à testatore, vel ejus filio: quemadmodum ex eadem leg. cùm avus, adnotavit illic Cuman. & Bald. col. 1. in d. l. cum acutissimi, atque illic Salic. & Paul. Castr. denique plures, quorum meminit Andr. Tiraq. in l. si unquam, Cod. de revocand. donation. in verbo, donat. largitus, n. 140. idem in tract. de primogeniis, quest. 40. num. 19. Dec. conf. 548. Jason. in d. §. cùm autem, colum. 2. & ibi Dec. colum. 4. Gulielm. Benedict. in cap. Raynarius de testam. in verbo, si absque liberis, in 1.

¶ Quin & itidem I. C. responsum adhuc obtinet in contractibus, & donationibus inter vivos: sicuti optimè probat Batt. Soc. in d. l. cùm avus. n. 97. in verb. quo autem ad secundum, text. opt. in d. §. cùm autem, ibi, reliquerit, vel dederit. Idem etiam erit in donationibus causa mortis, gloss. ibidem à Bald. Salic. & aliis recepta, in l. 1. C. de donat. causa mort. Imol. in l. si cui. ff. eod. tit. Soc. in d. l. cùm avus. n. 88.

¶ Quid si dixeris, hæc vera esse juxta rationem Jurisconsulti in d. l. cùm avus, quæ secundum communem non obtinet inter alios, quām descendentes à testatore: nam in aliis non subintelligitur prædicta conditio: tunc respondebo, primogenio constituto ab extaneo, qui non sit de ascendentibus; esse considerandam testatoris mentem, quæ ex materia subjecta, & natura iei hæc est, ut primogenium in primogenitum & ejus liberos per lineam rectam defetur: nec unquam secundogenitus admittatur, donec linea primogeniti, quem prædilexerit, defecerit. Hæc etenim est vera ac propria regula interpretandi testantium, & aliorum dispositiones: nempe iuxta naturam rei, materiam subjectam, & juris regulas. Quod præsertim apparet ex illa ratione, quam superius ad legem Regiam constituumus, Idcirco sive primogenitum fuerit institutum ab ascendentī, sive ab alio transversali, sive in testamento, sive in contractu, sive in donatione inter vivos, vel ultima voluntate, etiamsi post primogenitum vocetur secundogenitus, erit observanda hujus legis Regie decisio. Nam secundogenitus censetur vocatus post primogenitum, & ejus liberos: vel primogenito mortuo absque liberis. Illud fortassis quibusdam probabile videbitur, tunc voluntatem institutis primogenitum ad prælationem patrui tacitè saltem constare, cùm post obitum possessoris ille vocatus fuerit, qui sit superstes: ex Jurisconsulto in leg. si plures. in princ. & in leg. qui plures, & ibi gloss. ff. de vulgar. Decil. conf. 79. colum. 1. & conf. 299. colum. ultim. Paris. conf. 9. num. 23. & conf. 37. num. 51. lib. 2. & Chassan. in dict. conf. 53. nn. 17. Atque ita majoribus ante Taurinam legem institutis, verum hoc esse censet Emanuel à Costa in tractat. de lege mentali. pag. 166. qui

qui & institutis post eandem legem admodum recte, & probare tentat, dubius tamen. Eg. sicut in primis hujus operis editionibus questionem istam nec definiti, nec tractavi, nec possum multis negotiis, & aliis iustis causis impeditus, quid in ea certius sit, explicare. Multa enim sunt consideranda, ut juxta Jurisconsultorum regulas, & utriusque juris observationes, voluntas testatoris majoratumve instituentis constare valeat, eaque sit omnino servanda. Erit enim examinanda Bald. *decis. in l. 2. num. 5. C. de jure emphyt.* ejus meminit ibi *Jas. nu. 121. Decis. siquidem conf. 443. colum. 3.* & post eum Mandellus *conf. 60.* ex eodem existimant, in majoratibus non esse representationem admittendam. Erit & cum judicio observandum, quod Bartol. Socin. tradit *in leg. si cognatis. de rebus d. lib. num. 5. Paul. item Castr. in conf. cuius ipse Soc. meminit. & Alex. conf. 190. cum ejus epitome lib. 7.* Idem Alex. *conf. 9. lib. 1. & conf. 204. lib. 2.* ubi Molina *littera B. & Paris. conf. 63. col. 2. lib. 3.* Cuman. *conf. 13. Barb. conf. 10. lib. 2.* & Valascus *de jure emphytent. quast. 50. nu. 14. Curt. Jun. conf. 57. colum. pen. vers. præmissa. & Socin. Junior. conf. 113. lib. 1. num. 11.* Est tamen observandum, an hi doctores de materia tractaverint, in qua non est locus jure ordinario representationi.) Et pre cæceris cavadum, ne quid fiat contra testatoris voluntatem, quæ interpretationem ex scripto jure admittit, & ex multis quæ de interpretatione passim docte & diligenter juris utriusque interpretes tradidere.

**I** Quid vero dicimus de hac representatione quoad feuda? Nam & hec solet à quibusdam familia primogenitis censari. Et quod in successione feudi filius personam patris representet, & ejus locum obtineat, probat text. *in cap. 1. & ibi gl. in verb. solus. Bald. & alii, tit. de natu. success. feudi. & in cap. 1. & ibi Doct. de success. feudi. & in cap. 1. in verb. his vero desinentibus, & illic istern. Bald. & alij, tit. de success. fratr. vel graduum succ. cap. 1. de feudo Marchia. §. si capitanei. Alberti. in auth. cessante, Cod. de leg. hered. & lg. in auth. post fratres, eod. tit. Curt. de feudo. 3 part. q. 1. 12. & plerique & alij quorum meminit And. Tiraq. in tract. de primogenitis, quast. 40. num. 18. quæ quidem opinio procedit in feudo hereditario, non in aliis feudis, quæ potius concessione Principis, quam jure hereditario deferuntur. Bart. *in dict. auth. post fratres, in 2. Cuman. in dict. l. cum ita §. in fideicommisso. Bald. in leg. ex hoc jure, ff. de justit. & jure, quast. 6. Rubeus in conf. 81. nu. 4. Alex. conf. 204. col. 2. lib. 2.* Idem Rubeus *conf. 85. Curt. in tract. de feudis, part. 2. col. penult. & tamen cum feudum frequentissime sit hereditarium, & in dubio tale censeri debeat, nisi aliud constet: intelligitur enim dari pro successoribus, & heredibus, ut not. Doct. in cap. 1. tit. an agnat. vel filii repudi. hered. c. filij ut. de capita. qui curi. vend. & c. 1. de grad. success. tradit Ludov. Gozad. *conf. 4. num. 11. & plerique alij. Sed diligenter Alex. in conf. 19. lib. 5. refert que alias And. Tiraquel. in tract. de primogenitis, qu. 35. num. 11. idem ipse quibusdam dictio. libus explicui lib. 2. var. resol. cap. 17. ubi de emphyteusi privata, & Ecclesiastica, respondendum erit, hanc representationem eodem modo frequentissime admittendam esse, sicuti in successoribus hereditatiis jure communi statuta est.***

**I**SIC & in Emphyteusi scribit Corn. *conf. 24. col. ult. lib. 2.* filium obtinere locum patris per representationem, & patrum excludi à nepote, vel nepotem admitti simul cum patruo. Idem notat Tiraq. *in d. qu. 40. nu. 19.* responditque Corne. hoc ipsum à pluribus ex consultatione probatum fuisse, idem sentiunt Angel. & Alexand. in

leg. Quis, s. quidam recte, eot. ult. ff. liber. & pot. & licet contrarium responderint, ac tenent plures, quorum meminit ipse Tiraq. in dict. qu. 4. num. 185. ex eo quod hec representatione tantum sit admittenda in successione legali, non in successione quæ defertur ex hominis dispositione, ut superioris datus ad intellectum glori. in dict. §. in fideicommisso, tamen in eam hytem privata quæ Ecclesiastica non sit, opinio Corneli & aliorum dubio procul vera videtur Alexandro in conf. 129. lib. 5. colum. ultim. quia privata emphyteutis hereditaria est, non ita Ecclesiastica: quod & nos tradidimus in d. c. lib. 2. Variar. resol.

**S**ed & in Jure patronatus Ecclesiastici, admittendum esse filium patris præmortui cum patruis per representationem, ut in successione legali tenent Joan. Faber. & Angel. Aret. in §. cum filius. Instit. de hered. que ab intestat. defer. Guliel. Bened. in d. c. Raynuius, vers. & uxorem nomine Adelasiam, nu. 618. Tiraq. in d. q. 20. num. 19. & ni fallo, deducitur ex notatis per Doctores in Clem. 2. de jure patron. per Roch. in tract. de jure patron. vers. ipse vel is, colum. 3. Lambertin. eod. tractat. 2. part. 1. quast. art. 15. & 16. ac deinde art. 33. qu. 2. principalis: nam & Ius patronatus Ecclesiasticum hereditarium est, ut satis jure constat: & ideo hæc opinio verior videtur, modò cautè, & diligenter servetur responsio pontificia, quæ traditur in d. Clem. 2.

Ergo vero ad hujus regiae legis intellectum opinor, quoties feudum, emphyteusis privata, vel Ecclesiastica, aut jus patronatus agnationi, genti vel familiæ jure primogeniti, aut majoratus defertur, ita quidem, quod ad unum tantum deveniat, eundemque majorem & primogenitum, observandum esse regiam istam constitutionem & conclusionem ab eo deductam, etiamsi ex concessione principis, vel alterius hominis hæc vocatio primogenitorum fiat. Nam hæc est vera, & propria primi auctoris, testatoris vel principis concedentis voluntas: quemadmodum deducitur ex superiori traditis, si diligenter fuerint examinata. Quavis multum huic opinioni præjudicat sententia Bald. *in d. l. 2. C. de jure emphyt.* cui accessere Alex. *in l. ex facto. §. penult. ff. ad Treb. Socin. in d. l. si cognatis, n. 5. Ruin. conf. 199. lib. 2. n. 18. & Rom. conf. 438. n. 10.*

**A**lioqui ubi non jure majoratus, sed aliter alicuius familie genti, vel alicuius successoribus feudum, emphyteusis Ecclesiastica, vel privata, aut jus patronatus defertur, ita sane, ut plures simul admitti possint: si non alia sit controversia in successione, quam illa, an filius fratri sit cum patruis admittendus, & an filius per representationem locum patris obtineat: cum & per successionem deferantur predicta jura, vel à testatore, vel à Principe, vel ab alio primo auctore, tunc censeo observandas esse conclusiones illas, quas hoc in capite latè tradidimus, tam de successione legali, quam de successione quæ defertur per hominis ordinationem, vel dispositionem, in ea quæstione quam examinamus, an filius per representationem in locum patris admittatur, ut patrum excludat, vel cum eo simul succedat: existimo etenim præscriptas conclusiones, & decisiones, plurimum conducere ad hujus quæstionis definitionem, si earum rationes exactè & ad amissim observaverimus.

## CAPUT XXXIX.

Jus conditionis implendæ an ex contractibus ad hæredes transmittatur.

## SUMMARIUM.

- 1 Jus conditionis implendæ, si potestativæ sit, ad hæredes non transit, secundum communem.
- 2 Jus adimplende conditionis, etiam potestativæ, ad hæredes transit adversus vulgo receptam sententiam.
- 3 Contractus conditionalis ad hæredes transmittitur.
- 4 Differentia inter contractus & ultimas voluntates in his quæ ad conditionem transmittendam pertinent.
- 5 Si promittat quis solvere quidquid constituerit, patrem suum debere, an conditionalis vel pura sit obligatio. & ibid. intellectus. l. qui Roma, §. Augerius, ff. de verb. oblig.
- 6 Intell. ad l. si decem cum petiero, ff. eod. tit. & ibidem differentia inter cum petiero, & si petiero.
- 7 Conditiones an sint omnino adimplende in forma expressa, & secundum ejus rigorem.
- 8 Questionis resolutio.

**I**NTECETERAS quæstiones quæ de conditionibus à Jurisconsultis tractantur, illa profectò à forensi usu ac judiciali exercitatione aliena omnino non est: an jus conditionis implendæ ex contractibus ad hæredes transmittatur. Scio etenim hanc quandoque in item quandam incidere, quamvis & tunc multa preter quæstionem istam fuerint examinata, ex quibus iura litigantium expendi justitiae libramento poterant. Et fortassis non semel advocatis videbitur de hac re commodè disputandum fore, quo diligenter patrocinium judicum animos ad exquisitus examen vel impellat, vel saltem invitet. Hac sane ratione minimè verebor paucis explicare quonam pacto sint accipienda quæ olim Petrus à Bella Pertica, Cyn. Bartol. & alij non diligenter hoc in tractatu scripsere. Nam præterquam quod ab his respondere non sint veluti præjudicatae sententiae probanda, in eisdem intelligendis plerumq; maximo cum dispensio contingeret poterit non quævis hallucinatio. Et licet tot ac tantis viris sit difficultatum refragari, quæ mea sententia sit, & quibus eidem accesserim, exponam. Aliorum erit, vel eam sequi, si vera est, vel repudiare si falsa. Quid si adversus frequentissimam recipiissimamque opinionem obtinere non potero, illud nimirum præstare conabor, ut communis sententiae verus sensus observandus sit, ne fallaci quadam inductione apud forensia tribunalia legum sanctissimarum constitutions periclitentur.

- 1 Obiunuit tandem in hac controversia omnium fere consensu † jus conditionis potestativæ implendæ ex contractibus ad hæredes non transmitti, nec hæreditibus competere. Cujus opinionis auctores præter alios fure Petrus à Bella Pertica, Cynus, & alij in l. s̄p̄l̄res, C. de condit. in ser. Bart. & omnes, maximè Imola Alex. & Zaf. in l. si decem cum petiero, & illic Jason. Idem Bart. & Socin. in leg. qui Rome, §. Augerius, de verbor. obligat. idem Bartol. in l. qui fundus, & in leg. à testatore, ff. de conditio. & demonstrat. à quibus passim hoc ita intelligitur, ut obtineat, ubi contractus à conditione sumit initium: atque item non solum, si moriatur is, qui adimplere debet conditionem, sed & si moriatur ipse, cum quo conditio adimplenda est, sive sit ex contrahentibus, sive extraneus. Et quia in hac

quæstione sæpè Bart. dubitavit, ut fatetur idem in leg. si penum. in fin. ff. quam. dicit. leg. cedat. ut pote lubrica & diffici: quemadmodum Jas. alleverat in d. l. si decem cum petiero, expendere oportet Jurisconsultorum loca, & rationes, quibus in eadem consultatione controverti potest.

¶ Primus locus ab auctoritate pro communi opinione adducitur ex Ulpiano Jurisconsulto lib. 26. ad dictum: Si decem, inquit, cum petiero, dari fuero stipulatus: admonitionem potius quandam, quo clericus reddatur, & quasi sine mora, quam conditionem habet stipulatio. Et ideò licet recessero, prius quam petiero, non videtur defecisse conditio. Hæc Ulpianus sub tit. ff. de verb. obligat. si decem cum petiero. Quod si verba in hac stipulatione concepta inducerent conditionem mortuo ante petitionem stipulatore, ad hæredem ejus minimè pertinet stipulatio, licet conditionem itam adimplere facilissime posset. Qua ratione Bartol. & alij ex Jurisconsulti responso deduxerunt jus adimplende conditionis potestativæ ad hæredem non transmitti, nec hæredi competere, Nec quidquam urget adversus hanc inductionem, quod ea ex contrario sensu fiat. Nam & hæc argumentatio fortissima est, quippe quæ ab ipsius Jurisconsulti ratione expressa procedat, nec simplex sit ex contrario sensu inductio: siquidem Jurisconsultus, dum ejus responsum ex eo tantum probat, quod stipulatio conditionalis non fuerit, sed pura, palam illud fatetur, se contrarium resonsum, si ea stipulatio conditione dicta concepta foret.

¶ Secundò ad probationem communis opinonis adducitur textus in leg. qui Roma, §. Augerius, ff. de verbor. obligat. ex Jurisconsult. Q. Servidio Scævola, qui floruit sub Marco Antonino Philosopho: ita inquit: Augerius filius familias servo Publili Mævii stipulanti spopondit, se daturum, quidquid patrem suum Publio Mævio debere constitueret. Quæsitum est, patre defuncto, antequam constitisset, quid quantumque deberet: an si adversus hæredem ejus actum fuisset, aliumve successorem, & de debito constitisset, Auger. teneatur? Respondit: Si conditio non extitisset, stipulationem non esse commissam. Hæc Jurisconsultus. Ex quo deducitur, Augerium non teneti ex stipulazione, etiamsi mortuo patre conditio fuerit adimplenta. Quia ex stipulazione conditionali, ad hæredes non transit jus adimplendi conditionem: neque conditio cum herede adimpleri potest, ut ex persona hæreditis conditioni fiat satis. Atque ita licet varia inductione utantur, illum texum intellexerunt Bartol. Alber. Bald. Paulus Castren. Imol. Alexand. Socin. Jas. & Zaf. ibi Bartol. in l. cui fundus. ff. de cond. & demonstr. Alberic. in l. si necessaria. §. vendendo. ff. de pign. aet. Bart. in leg. si decem cum posteriorio. ff. de verbor. obligat. Alciat. & Gal. in leg. 2. §. ex his ff. eod titul. Bald. in cap. ad nostram. in 2. de iurejur. Paris. conf. 121. lib. 4.

¶ Tertiò, pro communi sententia extat & locus Jurisconsulti Juliani in l. fidejussor obligari. §. ult ff. de fidejussor. Etenim cum fidejussor hoc modo acceptus esset, si reus 40. quæ ei credidi, non solverit, fide tua esse jubes: verisimile est, id esse actum, & cum interpellatus reus non solvisset, fidejussor teneretur. Sed & si reus antequam interpellaretur decessit, fidejussor obligatus erit. Quasi hoc quoque casu verum esset reum non solvisse. Haecenius Jurisconsultus. Ex quo juris civilis interpretes adnotarunt, jus conditionis adimplendæ ad hæredes non transmittitur.

¶ Quartò, hæc communis opinio probari videatur ex eo quod conditions sint juxta formam expressam, & ad unguem observandæ & adimplendæ, ita quidem, ut nec per æquipollens adimpleri possit.

**1.** que heredi. in princ. & l. M. vius. ff. de cond.  
et demonst. Bart. & Doct. in l. Gallus. §. & quid si  
tanum. ff. de liber. & posthumis. Nec enim à nomi-  
nata persona receditur ad eam, quæ nominata,  
& expressam repræsentat. Et ideo nec per hæredem,  
nec cum hærede conditione adimpleri propriè, & verè  
potest. Igitur secundum communem opinionem jus  
conditionis implendæ, si ea potestativa sit, ad hære-  
dem non transmittitur, sive moriatur is, qui debet  
implere. d. l. si decom cum petiero. sive is, cum quo  
adimplenda est. d. §. Augerius, in conditionibus vero  
casualibus, & mixtis receptum est jus conditionis  
implendæ ad hæredem jure transmitti.

**2.** Contrarium sententiam quod t̄ jus conditionis  
implendæ trahit ad hæredem, & cum hærede con-  
dit. impleri possit ex contractibus, etiamsi conditio  
sit potestativa, probat gloss. in l. sub hac. in verb. nam  
nec ff. de actio. & obligat. gloss. item in dict. l. fidejus-  
sor obligari. §. ult. tenet Joan. Faber. in l. si plur. Col.  
de condit. inser. ex junioribus Petrus Stelia, & Du-  
renus in d. §. Auger. Joan. Coral. in d. l. si decem cum  
petiero. Conan. li. 6. comment. fur. Civ. c. 3. Hanc op-  
inionem intelligentes, quoties conditio potestativa  
personalis non est, nec omnino adhæret personæ, imò  
potest per alium actus in conditionem deducatur ex-  
pediri. Cui opinioni multa suffragantur.

¶ Primo huic assertioni adstipulatur text. in §. ex  
conditionali. Institut. de verb. obligat. quo Justinianus  
docet indistinctè, cum conditionibus quibuscumque  
paulò antè tractavisset, ex conditionali stipulatione  
spem illam debitum iri ad hæredes transmitti, & hære-  
dibus competere, ita, ut si conditio adimpleatur post  
mortem stipulatoris; hoc sit satis ad obligationis, &  
actionis effectum.

¶ Secundo ad idem est text. in l. si prædio in diem  
addicto. ff. de in diem addit. potest enim præmium  
ita in diem addici emptori, ut si intra mensem alias  
meliorum conditionem venditori non attulerit, præ-  
mium sit priori emptori venditum. leg. 2. ff. cod. tit. ubi  
probatur hanc emptionem esse conditionalem. Et ta-  
men si moriatur intra diem venditor, cum quo condit.  
adimpleri debet ex pactione & conventione contra-  
hencium, habeatque hæredem ejus hæredi allata  
conditio melior, facit emptionem deficere, quod pro-  
batur in d. l. si prædio. Igitur cond. adimpleri potest  
cum hærede illius, cum quo ex conventione expressa,  
& speciali adimpleri debuisse: licet deficiat persona  
cum qua conditio adimplenda foret. Qua ratione li-  
cet illud J. C. responsum intelligatur in cond. mixta,  
plurimam hanc posteriorem opinionem probat: quam  
ex eo apparet, non ita strictè accipiendam esse condit.  
in contractibus quod adimpleri non possit cum hærede  
illius, qui fuerit in conventione nominatus.

¶ Tertio est optim. text. in l. necessario. §. quod si  
pendente. ff. de peric. & comm. rei vend. ubi probatur,  
quod contractus venditionis, etiamsi conditionalis  
sit, transit ad hæredes, etiamsi conditio exticerit mor-  
tuο venditore, vel emptore. Idem Regia lex tradit tit.  
5. part. 5. l. 26. ille vero textus loquitur in conditione  
casuali, vel mixta, quæ trahitur retro, juxta commu-  
nen resolutionem. in l. si filius. ff. de verb. oblig. & in  
l. qui balneum. ff. qui pot. in pign. habeant. Sed cum  
conditio potestativa, quæ invito debitore potest ad-  
impleri, retrotrahatur. d. l. qui balneum. §. amplius.  
apparet, text. in d. §. quod si pendente. Intelligendum  
fore etiam in conditione potestativa, præsertim quia  
ratio Juris. quæ deducitur à fictione retroactiva,  
tendit in id, ut de periculo rei venditæ judicetur, quæ  
pendente conditione perierat, non ut contractus ad  
hæredes minimè transeat, unde text. ille adhuc obtine-  
ret, quoties contractus conditionalis esset, & condi-  
tionem habuerit potestativam, saltem illam, quæ in-  
vito altero contrahentium adimpleri posset, nempè  
istam: Si Capitolum ascenderis: Si decem dederis.

¶ Quartò adversus communem sententiam erit ob-  
servanda Cæsarium responsio, in l. 2. Cod. de pall. inter  
emptorem & venditor. cui convenit Regia l. 24. titul 5.  
part. 5. ubi conitat, jus conditionis, eam potestativæ  
implendæ ad hæredem transmitti: nempè cum agitur  
de conditione illa venditioni adjecta: si mibi præmium  
reddideris, rem eamdem tibi tradam, aut eodem pre-  
cio vendam. Et licet Joan. Imol. in d. l. si decem cum  
petiero, admovevit: illic hæredes nominatum expre-  
sos fuisse, & pacto revendendi adjectos ita ut expre-  
sim de hæredibus actum fuerit. Hæc adnotatio nec ad-  
mittenda est, nec quidquam respondit illius responsi ad-  
versus communem opinionem inductionis vim &  
potestatem, ex eo quod gloss. communiter recepta in ea-  
dem l. 2. Bartol. & omnes in d. l. si decem. palam fateti  
cogantur, idem dicendum fore, etiam in conditione  
de hæredibus actum non esset. Quod ita passion servatur,  
ut alioqui frequenter contrahentibus fraus fieret,  
pactumque revendendi facilimè venditorem fal-  
leret. Et præterea in dict. lib. 2. mortuo illo, cum quo  
adimplenda erat conditio, nempè emptore, potest illa  
cum ejus hærede, etiamsi de eo nulla mentio facta  
fuerit, adimpleri. Ergo communem opinionem illius  
constitutionis auctoritate improbat: cum pari ju-  
re ejus autores censeant hæredem illius, qui adim-  
plere debet conditionem, & illius; cum quo erat  
adimplenda.

¶ Quinto ad probandum questionem istam, quæ  
ex conditionali contractu hæredem admittit ad im-  
plendam conditionem, & ut cum eo adimpleri possit,  
etiamsi sit potestativa, optimè conductit Justiniani Im-  
peratoris contractibus & commutationibus admodum  
utilis, & reipublicæ commoda constitutio, in l.  
veteris. C. de cont. stipul. Veteris, inquit, juris alter-  
cationes incidentes, generaliter sancimus, omnem  
stipulationem, sive in dando, sive in faciendo, sive  
mixta ex dando, & faciendo inveniatur, & ad hæredes,  
& contra hæredes transmitti, sive specialis hæredum  
fiat mentio, sive non. Cur enim, quod in principali-  
bus personis justum est, non ad hæredes, & contra  
hæredes transmittatur? & sic existimentur hujusmodi  
stipulationes, quasi tantummodo in dando fuerint  
conceptæ. Cum nihilominus & hæredes factum pos-  
sint adimplere: illa subili, & supervacua scrupulo-  
sitate explosa, per quam purabant, non esse possibile  
factum ab alio compleri quod alij impositum est. Et  
quare, cum penè similis omnium hominum natura  
est, non etiam facta omnes, vel plus, vel paulò  
minus adimplere possint: ne ex hujusmpdi subtilitate  
cadant hominum voluntates. D. Calen. Augustus  
Constantino, Lampadio, & Oreste VV. CC. cœl.  
Ecce, Lector candide, Cæsaris responsum ex quo  
satis infirma, & levia sunt, quæ de excludendis hæ-  
redibus à conventionibus, & actionibus superstitione-  
nis tradi vel practice, vel Theoricè à plerisque  
solent.

¶ Sexto eidem opinioni accedit ratio ex J. C. de-  
ducta in l. ult. de condit. inst. & in l. Arethusa. ff. de  
stat. hom. quæ probat, conditionem dandi alicui appo-  
satam, posse per alium illius nomine adimpleri, &  
quamvis illic mentio fiat de mortis tempore, illud  
idem fit, quia in ultimis voluntatibus, de quibus ibi-  
dem agitur, legatum aut hæreditas conditionalis ad  
hæredes non transmittitur. Quod statim exponemus.

¶ His sanè ad utriusque opinionis probationem ad-  
ductis, quia hæc controversia difficilis est, & poterit  
plerumque ejus examen juris utriusque Professoribus  
conducere, existimavi operæ præmium me faciūrum,  
si ad ejus resolutionem aliquot præmitterem, ex qui-  
bus apertissimè constabit, quid hac in quæstione vel  
secundum communem vel nostram sententiam sit re-  
spondendum.

¶ Primum etenim illud est adnotandum: aliud scili-  
cat esse contractus conditionales ad hæredes transmitti  
etiam

<sup>3</sup> etiam ante conditionis eventum : aliud , † jus conditionis implendæ ad hæredem non transmitti , nec ei competere . Poterit enim concedi primum & negari secundum , ubi conditio adeo personalis est , quod actus in eam deductus non possit per alium quam nominatum expediri . Siquidem verum est , contractus conditionales ad hæredem transmitti siue conditio sit potestativa , sive casualis : quia spes debitum iri ad hæredes transmittitur dicitur . § . ex conditionali . Institut . de verb . obligat . & tamen licet contractus conditionalis ad hæredes transmittatur : nihilominus dubium est , an jus conditionis implendæ transeat ad hæredes : id est , an ille , cui incumbit adimplere conditionem potestativam , transmittat hoc ipsum jus ad hæredem ejus . Quod deducitur expressum ab his , quæ traduntur in dict . § . Augerius . à Cumano , in princip . & numer . 2 . & Bartho . Socin . numer . 3 . Sed & ab his satis differt , ac diversum est , quod conditiones sint adimplendæ juxta formam specialem , & expressam , ipsumque verborum rigorem , ac formam in ipsa conventione conceptam . I . Mævius . & leg . qui heredi ff . de condit . & demonstratio . Etenim hæc est propria conditionalis formæ vis & natura . Nam eti conditionalis contractus ad hæredes transeat , & deinde jus adimplendæ conditionis ad eosdem hæredes transmittetur : adhuc necessarium adimpleri debet conditio secundum formam expressam : quod fatentur omnes in dict . § . Augerius . Præsertim Bald . Deinde si conditionalis dispositio non transiret ad hæredes , parum refert , quod in forma expressa adimpleretur aut eveniret . text . optim . in l . unica § . fin autem sub condit . C . de ead . toll . Et præterea licet conditionalis ipsa conventio ad hæredes transmittatur , ut verè transmittitur in contractibus : quod omnes concedunt , & probatur in dict . § . ex conditionali . Quandoque tamen natura ipsius conditionis minimè patitur , quod jus conditionis implendæ ad hæredes transeat : quia conditio ejusmodi est , ut per alium non possit expediri nec adimpleri .

<sup>4</sup> Secundò , ex modo præmissis deducitur . † inter ultimas voluntates , & contractus hoc esse proprium , & verum discrimen , quod in ultimis voluntatibus conditionale jus ad hæredem non transmittitur : etiam si tunc conditio possit juxta formam expressam evenire , & adimpleri : etiamsi non tractemus de jure adimplendi conditionem transmittendo ad hæredes , illeque sit superthes , qui conditionem implere verè poterat . Hæc enim est vera differentia , quæ deducitur ex l . ult . ff . de condit . instit . l . à testatore . ff . de condit . & demonstr . l . unica § . in novissim . C . de caducis solle . l . opinionis . Institut . de legat . atque ita Theophilus in d . § . ex conditionali . in hoc constituit differentiam inter ultim . volunt . & contractus , nam in contractibus conditionalibus transmissio fit , etiamsi conditio sit potestativa . Quod amplius probatur : quia etiamsi conditio sit casualis , in qua non agitur , nec agi potest de jure conditionis implendæ transmittendo ad hæredes : nihilominus legat . conditionale non transmittitur . Hoc etenim est proprium ultimarum voluntatum , ut ex eis conditionalia minimè transmittantur ad hæredes . text . optimus in l . 3 . ff . de collat . bonorum . Et in dicta l . unica § . fin autem l . intercedit . & l . cum ita datur . § . 1 . ff . de condit . & demonstr . l . cum hæres ff . quand . dies leg . ced . Ex quibus hanc differentiam inter contractus , & ultim . voluntat . constituendam esse censem gloss . & Angel . in d . § . ex conditio . gl . l . is cui . ff . de actio . & obligat . Alber . in d . § . fin autem .

Tertiò , ex his deducitur intellectus ad text . in d . l . si prædio . Nam si in eo casu emptor decessisset pendente conditione , nihilominus contractus ille transiret ad ejus hæredem . Quod certissimi juris est : nec enim emptori competit jus adimplendi conditio-

nem , nec cum illo est conditio adimplenda .

¶ Quartò , etiamsi jus adimplendi conditionem ad hæredes transmittetur , aut denique transmittatur quandoque vel jure , vel conventione partium : attamen apparet manifesti juris esse , conventionem adimplendam fore in expressa forma , & juxta verborum conceptionem contractui adscriptam , transmiso siquidem contractus , vel obligationis ad hæredes , nihil omnino tollit , aut diminuit de necessitate adimplendi conditionem in forma expressa , & lege contractus dicta . Quod probatur in his locis , quæ pro communi adduximus in quaera ejus ratione .

¶ Quintò , infertur ex his , quod an conditio adimplendi possit cum hærede illius , cum quo adimplenda erat ex lege contractus , non pendet ab illa quæstione , an jus adimplendi conditionem transmittatur ad hæredem : sed ex illa , an conditions sint adimplendæ in expressa forma , & juxta ipsius conventionis rigorem . Hoc etenim verum est , sive in conditionibus potestativis , sive in casualibus , sive mixtis : & idem etiam si communem sequamur , nihil pertinet ad jus conditionis implendæ : quia forma semper est servanda , & tunc maximè , cum in modum conditionis concipitur . quemadmodum ab omnibus receptum est .

¶ Sextò , illud est præ cæteris observandum , quod jus conditionis implendæ , si ea est potestativa , non competit alijs quam ipsi , qui eam adimplere debet , & idem non illi cum quo adimplenda est . Etenim illi hoc jus non datur , nec competit idcirco sensus hujus quæstionis , an jus conditionis implendæ transeat ad hæredes : hic est , nec alius esse potest , quam ille : an is , qui debet conditionem implere , transmittat illud jus ad hæredem ejus .

¶ Septimò , ex superius traditis manifesta est interpretatio Juris . in d . l . si decem cum petiero . ff . de verb . oblig . Nam si promissore mortuo , cura fuisset concepta stipulatio sub conditione : si petieris . stipulator petat decem ab ejus hærede , committitur stipulatio . Quia eti conditionalis fuerit contractus , ad hæredes transmittitur . Nec impedit hanc commissiōē stipulationis , quod conditionis implendæ jus non transmittatur ad hæredes : cum adhuc ille sit superstes , cui competit petatio , & sic jus adimplendi conditionem .

¶ Octavò , in illa stipulatione ; promitto tibi centum , si Capitolium ascenderis : mortuo promissore pendente conditione , poterit stipulator , si Capitolium ascenderit petere promissa : Quia nihil impedit ex his , quæ paulo ante adnotavimus . Conditio etenim in forma expressa adimpletur , & jus conditionis implendæ competit ipsi ascendentī Capitolium : cum nondum de ejus hærede agatur : & contractus conditionalis simpliciter ad hæredes transeat , etiamsi conditio sit potestativa .

¶ Nond , hinc expendi poterit intellectus † ad textum in l . qui Rom . § . Auger . ff . de verb . oblig . Omnes enim convenient , stipulacionem istam : promitto tibi solvere quidquid constiterit , patrem meum tibi debere : mortuo patre , priusquam constet de quantitate debita , non committi ; etiamsi tunc post mortem patris constiterit , quantum pater meus tibi debuerit : hæc enim est communis conclusio . Ego vero , tantum absit , ut illam probem , ut nihil existimem esse quod magis à vera mente , & sensu Jurisconsulti abhorreat , quodque magis sit ab aequitate , à rectis , & congruis Reipubl . iustitiae , quoad humana commercia , commutations , conventionesque , alienum . Et idem expendere libet , an hæc conclusio illic probetur . Etenim si prædicta opinio in dict . § . Auger . probatur : vel ex eo inde colligitur , quod contractus conditionalis non transeat ad hæredes . Et hoc fallum est : siquidem contractus conditionalis ex regula juris ad hæredes transit .

transit, ut diximus. Et in specie, quod contra-  
ctus ille conditionalis, cuius meminit I. C. in  
dict. §. Auger. transcat ad hæredes, constat ex eo,  
quod si promissor, cui non incumbit jus adimplendi  
conditionem, mortuus esset: adimplenta post conditio-  
ne per stipulationem, hæres promissoris tenetur ex eo  
contractu, quemadmodum in d. §. Auger. adnotarunt  
Imol. Alex. & Barr. Soc. col. 2. igitur non probat ille  
text. commun. sententiam ex eo, quod contractus  
conditionalis, etiam potestativa conditionis non  
transcat ad hæredes: Aut probatur illa inductione,  
quod jus adimplendi conditionem potestativam com-  
petens creditori, non transmittatur ad ejus hæredem  
juxta text. in d. l. si decem cum petiero. Et profecto  
multò minùs obtinet commun. opin. apud I.C. apud  
quem non constat creditorem mortuum esse, nec de  
ejus morte, nec de ejus hæredibus sit ibi ulla men-  
tio: in d. ut omnes præmittunt, creditor ille nempè  
Publius Mævius vivebat. Ergo nec hac ratione pro-  
batur communis adnotatio in d. §. Auger. item nec  
illa ex causa probari jure poterit quod pater debi-  
toris, & sic Augerij mortuus fuerit. quod ex I. C. pa-  
lam deducitur: quia patri Augerij non competit  
jus illud conditionis implendæ, sed creditori, id  
est, P. Mævio, cui promissio facta fuit sub  
conditione potestativa, ut illic omnes fatentur. Alio-  
qui non esset potestativa conditio, si non penderet  
a potestate creditoris: quo sit ut his rationibus non  
possit deduci a I. C. summaria conclusio Bartol.,  
atque ita ejus inductionem reprobant Bald. Cum.  
& Soc. in dict. §. Auger. Jason. in dict. leg. si de-  
cem cum petiero. numer. 12. & hi qui communem  
sententiam improbatunt, quorum paulò ante memi-  
nimus. Superest igitur illa ratio: quod conditiones  
sint adimplenda in forma speciali & expressa. l. qui  
heredi. & l. Mævius. ff. de condic. & demonstrat. Con-  
ditio verò, cuius apud Jurisconsult. mentio sit, refer-  
tur in personam patris Augerij, & ideo mortuo eo  
adimpleri in forma expressa non poterat. Unde ap-  
patet communem & summariam conclusionem, quæ  
in hoc versic. 9. à me traditur, & examinatur, pos-  
se hac ultima inductione ex Jurisconsult. probari.  
Verum & hæc inducitio satis levis est, nec congrue  
admitti poterit. Inquit enim Bartolus, & qui eum  
sequuntur, Imol. Alexand. Zaf. & alij, quod quam-  
vis constet de debita quantitate mortuo patre Augerij,  
non committitur stipulatio ex eo, quod tunc  
non constet patrem Augerij non debere, sed de-  
buisse: & ideo deficit. Quæ quidem ratio profec-  
to mera hallucinatio est, & dubio procul indigna-  
tantorum vitorum judicio, atque ita fragilis, fu-  
tilisque, ut nec referenda foret. Etenim si verba  
conventionum has nugas paterentur, facillimè fo-  
rent mille calumniae admittendæ, ac pouissimè deci-  
perentur, qui bona fide passim contractibus utun-  
tur, quod valde perniciosum est. Quamobrem Jas.  
in dicto. §. Augerius. colum. penultim. existimat;  
conditionem ibi non fuisse in forma expresa set-  
vatam: quia mortuo principi debitore, & sic patre  
Auger. non potuit ita vere, ac ideo constare de  
quantitate debita, sicut constaret eo vivente, ipse si-  
quidem, si viveret, multò melius quam ejus hæ-  
redes sciret, quid & quantum P. Mævio debet. Nec  
tunc posset ulla fraus contingere in probatione  
debiti, quæ eo mortuo forsitan dolo, & fraude fie-  
ret. Sed & hæc Jasonis ratio, quæ etiam fuit Socini,  
multis refelli potest. Primum etenim ipse queram  
libenter a Jasoni, quid si mortuo debitore, P. Mæ-  
vius egisset cum Auger. & cum patris hæredibus ad  
probationem debiti, constaretque certissimè de debi-  
to, ita, quod nulla posset contingere dubitatio, te-  
stibus, inquam, fide dignis, aut alijs probationibus,  
denique ex libris rationum ipsius debitoris adeò li-  
quidè, ut nil certius probari posset: ceteræ tunc com-

missa stipulario? Et profecto nec respondisset Jason.  
ex hoc conditionem desicere. Deinceps dū secun-  
dum Alexand. ibi conditio evenire posset, & adim-  
pleretur, si per legitimas probationes constaret de  
debito, nec hoc negari potest: appareat etiam mor-  
tuo patre has legitimas probationes fieri posse. Alio-  
qui diceremus, nunquam mortuo aliquo verè consta-  
te posse, quid ipse creditoribus debuerit. Tertiò ad-  
versus Jasonem observandum est, in dicta forma  
stipulationis, cuius meminit Jurisconsultus, hoc  
actum esse, ut quidquid constaret patrem Augerij  
debere, solveret Augerius. Nec dictum est in ea  
forma, quibus modis constare debeat, nec de te-  
stibus, nec de scripturis, nec de confessione debi-  
toris, ulla est facta mentio: nec fuit actum in ea  
conditione, quod debiti quantitas cum ipsomet debi-  
tore examinanda foret. Nihil etenim dictum est  
quod ad expressam formam, & specialem perti-  
neat, sed in genere tantum Augerius promisit ser-  
vo P. Mævij quidquid constiterit ejus patrem P. Mævio debere. Ergo intelligenda est scripta, dicta-  
ve conditio, si constiterit per eas probationes,  
quæ jure legitimæ consenserunt, & his modis quibus  
solet in iudicio jure constare de debito alicujus,  
aut cum ipso, aut cum ejus hærede. Unde cum in di-  
cta stipulatione non sit dictum pro ejus forma,  
quod constet de debito facta examinatione cum ipsom  
debitore, satis erit constare de debito his mo-  
dis, qui alioqui jure sufficiunt ad condemnandum debi-  
toris hæredem, ut solvat quod jure debitum dicatur.  
Quartò & contra Jasonem sic argumentamur.  
Aut est necessaria persona debitoris ad probationem  
debiti ex forma expressa, & speciali stipulationis, aut  
non? Si persona debitoris erat necessaria ex forma ex-  
pressa in conditione, cuius Scævola Jurisconsultus  
meminit, tunc etiam vivente debitore non commi-  
tetur stipulatio, nec posset Augerius ex ea condem-  
nari, etiamsi vocato ipso Augerio, vivente patre, co-  
tam eni vocato, nec prælente, fieret vera, & cer-  
tissima probatio debitis quantitatis. Quod absurdum  
est, & contrarium his, quæ communiter notantur in  
leg. non recte. in fine. in anib. præsent. 3. de fidejussor.  
Nam jure antiquo expeditum erat, posse conveniri,  
& potuisse Augerium, etiam vivo patre tamquam ejus  
fidejussorem, prius quam pater, modò fieret proba-  
tio debiti cum ipso fidejussore: quod certissimi juris  
est. Et præterea si persona patris in dict. §. Augerius.  
foret necessaria pro forma expressa, non esset suffi-  
cens probatio debiti cum ipsius procuratore: quod  
falsum est. Et si cum procuratore ejus probatio fa-  
cta sufficiens erat: cur non cum ejus hærede? quod  
si persona patris non erat necessaria eo vivente ad  
probationem debiti ex forma expressa, ergo nec co-  
mortuo: quod satis constat. Atque ideo mihi vi-  
detur certi juris esse, quod in facto, super quod fuit  
consultus Scævola in dict. §. Augerius. posset com-  
mitti stipulatio, & committeretur, si vivente Auger-  
ius patre P. Mævius ageret ad debiti probationem cum  
eodem Augerio, etiam patre non vocato. Quod  
verum esse existimo, etiamsi Bartol. Socinus de hoc  
inibi dubitaverit, numero septimo, dicens, contra-  
rium deduci ex communi omnium interpretatione,  
quod & ipse fateor, & ideo communem intelle-  
ctum censeo falsum esse, cum ex eo falsa sequantur.  
Atque idem Socin. multi facit illationem hanc ex  
communi illius §. sensu deductam; suspicatur tamen  
eam non esse veram, & meritò, cum falsa sit. His  
accedit, quod & Zafius ibi col. 2. asseverat, non posse  
decisionem, & responsum illud Jurisconsulti probari  
ea ratione, quod conditiones sint in expressa forma  
servandæ. Existimat enim satis esse, quod serventur  
æquipollenti formæ, & sensu conditionem ibi ex-  
pressam satis dici adimplendam fuisse, si ea in hærede  
contin-

continget: nisi obstat illud, quod de jure conditionis adimplendæ ad hæredem non transmittendo Bart. & alij adnotarunt:

¶ Ergo probavimus in dicto §. Augerius. communem interpretationem nec probari ratione juris conditionis implenda, quod ad hæredes non transmittatur, nec quia contractus sit conditionalis, & idè hæredibus minimè conveniat, nec ex eo, quod conditiones sicut servandæ in forma speciali & expressa, juxta legis contractus dictæ rigorem. Unde ille textus non pertinet ad communis opinionis probationem. Ex quibus & illud erit notandum, falsam esse communem conclusionem, qua obtentum est frequentissimis interpretum suffragiis, non committi stipulationem mortuo debitore, si quis alteri promittat solvere, quidquid constiterit ei debere Sempronium, si eo vivente de debito non constat, quamvis post mortem de debita quantitate constiterit: Etenim contrarium esse iure verius mihi probatissimum est. Quod itidem existimauit ante nos Alciat. lib. 1. disput. cap. 13. Petrus Stella, & Duarenus in dict. §. Augerius. Costa dicitur lib. 2. cap. 32. nec temere; nam & Castreal. in dict. §. Augerius, scribit, communem opinionem contraria esse rationi naturali, & æquitati. Sed & in hoc Granateni Prætorio contra communem hanc sententiam judicatum fuisse, testatur ipse Costas in dicto p. 23. Jason. item & Zasius hujus opinonis sensere difficiultatem: siquidem Jas. non omnino, nec indistinctè eam probat. Zas. vero tunc eam admittit, cum possit imputari creditori, qui non examinaverit, & probaverit quantitatem sibi debitam vivente debitore. Cujus & Jason. rationes omnino cessant, sibi absque ulla suspicione fraudis constare verè possit de debito, post mortem debitoris. Idcirco Jason. & Zas. non planè sequuntur Bart. & alios qui communem opinionem ex expenso Jurisconsulti deducere conati sunt.

¶ Verum quia Scævola responsum maximè probare videtur receptam à Bartolo, & aliis conclusiōnem, necessarium erit, ejus aliquot interpretationes adducere, ex quibus aut earum aliqua constet, à Scævola illud probatum non fuisse quod ejus auctoritate nostrates diu docuerunt. Et sane Jason ita illius responsum intelligit, ut existimer, idè illic stipulationem non esse commissam: quia de debito non constituit vocato Augerio promissore, cui non præjudicat probatio debiti, etiam in judicio cum principali debitore facta. Qua de re ipse minimè controvertam quamvis Alciatus & Stella de hoc disputationerint. Nam huc Jasonis ratio minimè convenit Jurisconsulto siquidem ex ea sequeretur, quod si vocato Augerio constitisset de debito, etiam mortuo debitore principali, commissa esset stipulatio. Quod alienum videtur à Jurisconsulto, qui proprium responsum in eo constituit, quod mortuo patre Augerio, de debito constare non possit, nec sufficiat ad committendam stipulationem. Quasi voluerit Scævola, non ex eo defecisse conditionem, quod Augerius non fuerit vocatus, sed quod mortuus fuerit ejus pater ante debiti probationem. Deinde licet probatio debiti facta non vocato Augerio, illi non præjudicaret, attamen posset denuo cum Augerio agi ad ejusdem probationem per acta illa, per quæ eo non vocato probata fuerat quantitas debiti, hærede tamen principalis debitoris vocato, ex mente Alexand. in 2. colum. 4. Cod. de eden. argumen. sumpto ex l. auctore laudato. C. de evit. Præterea, si vera esset Jason. ratio, etiam vivente patre Augerio, foret locus responso Jurisconsulti, nec esset commissa stipulatio, si probatio debiti facta fuisset cum ipso debitore Augerio tamen non vocato: quod abhorret à Jurisconsulto mente. Quamobrem non placet Jason. intellectus: tametsi mihi plurimum applaudit, probationem debiti fa-

ctam cum principali ad veritatem hujus conditionis fidem facere contra fideiussorem, nisi ex contrario aliud probetur: etiamsi sententia lata contra principalem non habeat exceptionem rei judicatae contra fideiussorem simpliciter ex contractu, & extra judicium obligatum.

¶ Post hæc Stella in dict. §. Augerius. censet Scævolam consultum fuisse ante tempus, quo constat de debito, & sic ante debitæ quantitatis probationem, quæsitusque ab eo fuisse, si contigerit Augerij patrem decedere, & eo mortuo constate de debito, quid juris sit: Scævolamque respondisse sub conditione si conditio extiterit, stipulationem non esse commissam. Qua ratione apparet eum sensisse, quod si conditio extiterit, id est, si de debita quantitate constiterit, etiam cum hærede patris ipsius Augerij, committi stipulationem. Et nunc probabitur in eo loco adversus communem, conditionem non minus impleri posse cum hærede, quam cum defuncto. Sed & hic intellectus ex eo deficit, quod Scævola de præsenti tempore consultus responderit, non de futuro. Et ita dixit: si conditio non extiterit, stipulationem non esse commissam, dicturus aliqui, stipulationem committendam non esse. Unde non placet hæc interpretatio, quam & alii rationibus Duaren. improbat, ac refellit, ut vix refellenda est.

¶ Demum ipse Franciscus Duarenus in dict. §. Augerius. opinatur, Scævola responsum ita esse accipendum, ut Jurisconsultus questionem illam ad jurisprudentiam minimè pertinere existimaverit, de jure tamen responderit his verbis: si conditio extiterit, stipulationem non esse commissam: an extiterit conditio necne, quia facti quæstio est, nec respondit, sed boni, prudentiisque viri arbitrio id judicandum reliquit. Et probare conatur, Scævola in suis responsis hanc respondendi formam plerumque observasse, ut frequenter de facto consultus, de jure tantum respondeat, quæ si questio facti ad juris scientiam non pertineat. Quod manifestum fit ex leg. Lucius. §. collegio ff. de leg. 3. l. taberna ff. de fund. instruci. & instrum. legat. l. Seie. §. ultim. ff. eodem tit. Et præterea ex eleganti hac in materia responso in l. testatore. ff. de conditio. & demonstrat. Quisdam etenim rogatus est, ut Titus hæreditatem restituat, acceptis ab ea centum nummis, ea decepsit, antequam daret centum. Quæstum est, an hæres ejus offerendo centum, fideicommissum consequi posset. Scævola respondet, hæredem conditioni parere non posse, Claudius autem, qui notas scripsit in Scævolam; Magno, inquit, respondit Scævola, de jure aperto. cum possit dubitari, an in proposito conditio esset. Hæc J. C. Poterat enim Scævola videri fortassis ad quæstionem facti contra morem suum respondisse, quæstio namque facta est, an testator ablative absolutis usus conditionem ascribere voluerit: sed eum aliter sensisse Claudius ait, & ostendit, Scævolam magno virum ingenio fuisse, nec tam stupidum, ut de facto, quod incertum erat, responderet, sed de jure tam aperto. Nam jus apertum est, legatum aut legata aut fideicommissa conditionalia ad hæredem non transire. Ex quibus non immemor Duarenus scribit, Alciat. lib. 4. parerg. cap. 1. dum aliter Claudij adnotationem intelligit, omnino deceptum fuisse. Sed & quandoque solet Scævola response negare, quia quæstio facti sit, non juris, cur ab eo responsum petitur: sicuti perspicuum est in l. impera. ff. de proba. & in l. cum marie. §. Tuij ff. de pass. dotalibus. Ceterum ex verbis testatoris in d. l. à testatore. opinor ipse conditionem de luci. leg. facta. §. rescripto. ff. ad Trebell. l. si ego §. l. ff. de jure dot. l. cum pater, in princ. ff. de legat. 2. Et idè non erit cogendus fideicommissarius, aut legatarius dare quantitatem in conditione positam, l. cùm

cum ab eo. ff. de contrah. empt. Quod fecus esset, ubi ea quantitas in dispositione contineretur, ac posita esset. l. in ratione §. tametsi ff. ad legat. Falso. & in leg. fideicomissa. §. cum esset. ff. de leg. 3. Ex quibus locis deducitur, tunc conditionem verè censeret, cum à testatore ponitur quantitas sub ablativo absoluto ad estimationem alicujus rei, & inter eos disponit, quos gravare poterat. Quia ratione, ubi inter duos convenierit, quod alter det domum alteri, datis ab eo centum in estimationem domus, hæc conventione conditionalis non est, nec erit judicanda ex regulis, quæ de conditionibus à Jurisconsultis traducuntur.

¶ Ego verò etsi videam diligenter à Duarenō observatum fuisse Scævolæ Jurisconsulti morem in respondendo ad ea, quæ ab ipso quererentur, suspicor tamen in d. §. Augerius. Scævolam voluisse quæstioni propositæ respondere: cùm ex eo, quod ipse Scævola sèpè de jure responderit adjecta conditione, quæ factum respiciat, nempè his verbis, secundum ea, quæ proponuntur, quod Bernardinus Rutilius in lib. de vestis Jureconsultor. adnotavit: tum ex eo, quod proposita facti satis certi quæstione, pat est, eum de jure juxta ipsius facti narrationem respondisse. Nec enim potuit dubitare an verba illa: quidquid constituerit patrem debere, aut illa, quidquid debere constitisset: sint ad præteritum, an ad futurum referenda: siquidem ad futurum verè referenda sunt secundum communem, per pensa ipsa stipulationis propria conceptione verborum. Quod si in præteritum verba illa accipienda forent, potuisset facillimè Scævola respondere. Et idèo ipse censio Scævolam respondisse de jure juxta factum satis expressum, & in specie propositum. Tametsi Duatenus illius responsi rationem diligentissime examinaverit, nec sit illius interpretatio refellenda immo fortassis admittenda, ne communem intellectum sequamur.

Cæterum Costa lib. 2. de condit. cogit. 23. existimat adversus communem, aliud esse conditionem non existere, aliud deficere conditionem. l. fideicomissa. §. si cui ita. ff. de legat. 1. & l. factio. §. penult. ff. ad Trebell. Ubi probatur, aliud esse conditionem non deficere, aliud existere conditionem. Idcirco si in questione proposita I. C. Scævolæ: conditio deficerat, & stipulatio evanuerat, non debuit argutissimus vir respondere conditionem non esse commissam. Erat enim hujusmodi responsum proprium magis conditionis, quæ penderet, non verò ejus, quæ defecisset.

¶ Igitur non satis rectè, nec satis rectè, nec satis atque Doctores responsum id interpretantur de conditione deficiente: cum in ipso de conditione non existente tractetur. Et idèo ipse Lusitanus, vir èquidem in juris utriusque disciplina acerrimi judicij, & diligentia non vulgaris, opinatur, Scævolam respondisse obliquè, sane, cum videret se consuli de re non admodum ambigua, quia constaret, conditionem exitisse, secundum ea, quæ proponerentur: si conditio non exitisset, stipulationem non esse commissam: & significasse stipulationem commissam esse: quia secundum propositam quæstionem conditio extisset, cùm esset satis, probationem, ac certitudinem debitæ quantitatis post patris Augerij mortem ad veritatem conditionis contigisse. Nec dictio, Si assumitur pro, quia: sed ferè conditionalis est, & verbum extisset propriè est præteriti plusquam perfecti, juxta illud Maronis in Bucolicis:

*Et si non aliqua noctuisses, mortuus esse.  
Et Aeneidos quarto,*

*Si littora tantum.*

*Nunquam Dardania tetigissent nostra carina.*

Atque illud Psalmi 105. Si non Moyses electus ejus stetisset in divisione in conspectu ejus, id est, nisi Moy-  
Didaci Covarr. Tom. II.

ses le præbuisset sequestrem, disjunctos & alienatos inter se reconcilians, disperderet eos Deus. Et nisi aliqua noctuisses, mortuus esset: Et nisi littora nostra Dardanæ tetigissent carinæ, Dido, inquit, fœlix fuisse. Et item apud J. C. nisi conditio extitisset, stipulatio commissa non esset. Ut verus tensus inde conitet, nempè stipulationem esse commissam ex eo, quod conditio extiterat. Sicut & apud Psalmistam; Deus Judæus pepercit ex eo, quod Moyses fuit eorum lequester, & eos reconciliaverit. Apud Virgilium, infelix Dido, quod Dardanæ naves Carthaginente littus tetigissent. Et apud eundem, alter vivit, quod aliqua nocuerit. Ex quibus constat, quid respondendum sit ad text. in dicit. §. Augerius. ne ex illo communis, falsaque conclusio probetur.

¶ Sed & Connarus lib. 6. Commentar. Iuris Civilis, cap. 3. Scævolæ responsum, communem interpretationem inceptam & fallam esse censens: ita interpretatur, ut illa verba: si conditio non extitisset; sint in eum sensum accipienda: ut quamvis hæredes sint appellati, & constiterit patrem debuisse, & condemnati sint solvere, non tamen committatur stipulatio, nisi extet conditio, quæ est, si fuerint minus idonei ad solvendum. Ex Jurisconsulto Cello in legat. si ita stipulatus. ff. eodem titul.

¶ Superest nunc & Jurisconsult. locus in d. l. si decem cum petiero. Est enim observandum, quod t' illa formula stipulationis, cum petiero, differt ab illa, si petiero. Quia prior inducit principaliter tempus executionis, quamvis & quodammodo conditionem inducat: posterior verò principaliter conditionem habet. text. optim. in l. centesimus. §. ultimo. & in l. si ita quis. §. non solum. ff. de verb. obligat. l. si Tuio. ff. quam. d. log. sed. Qua ratione Jurisconsult. in dicit. l. si decem respondit ex illa forma, decem cum petiero, admonitionem magis, quam conditionem induci. Nec tamen negavit, illic conditionem subesse, quamvis non principaliter: idque palam probatur, quia subdit, non videtur defecisse conditio, ergo præmittitur conditio, quæ non defecit, quamvis nec verè extiterit. Hæc enim diversa sunt, extare conditionem, & non deficere conditionem, ut paulo ante adnotavimus, & idèo hæres poterit petere, & tunc extabit conditio. In illa verò formula, si petieris, conditio subest principaliter: sed jus conditionis adimplendæ non transit ad hæredem: quia dicta conditio non tantum ex potestate nostra, sed etiam ex ipsa voluntatis declaratione pendet, atque idèo ad hæredem non transmittitur. Item, qui ante mortem non petit, & voluntatem suam non declarat, ab omni obligatione recedere videtur. Nam hæc conditio, si petiero, eum sensum habet: id est, si volueris petere, l. item venient. §. petiam. ff. de pet. hered. Bart. in l. si quis mihi. §. pater Seio. ff. de acq. hered. idem in l. etiam hoc; ff. de legat. 1. Jas. in leg. vinum. num. 15. ff. si certum petat. Voluntas autem ante mortem explicati debet, non èquidem post mortem, nec tunc per alium, etiam hæredem declarari poterit. l. 4. ff. locat. leg. si ita legatum. §. illisi volet ff. de legat. 1. & illic Doctor. glos. in l. idem Pompeius. §. ultim. ff. de rei vend. & in l. inter stipulantem. §. l. ff. de verb. obl. tex. optim. in ejus ratione in d. l. centesimo. §. ultim. ff. de verb. obl. c. si gratiæ de rescript. lib. 6. Qua ratione illud erit adnotandum, in dicit. leg. si decem cum petiero. jus conditionis adimplendæ ad hæredem non transmitti, quia tractatur de illa conditione, quæ adeò personæ adhæret, ut per alium adimpleri non possit: sicuti & idem erit in similibus, nempè illa, si Capitulum ascenderis. l. ultim. de condit. institut. ubi hoc notant interpres. Quo sit, ut in conditionibus quæ per alium expediri possunt, nec omnino personales sunt, fuerit respondendum, jus conditionis adimplendæ ad hæredes transmitti. Illa verò conditio, si volueris similis est huic, si petieris: & illa formula, cùm volueris, itidem huic, cum petieris, modè de voluntate, & peti-

petitione ipsius stipulatoris, non promissoris intelligamus: si si verba ista refertantur ad promissorem, non procedit, nec obtinet omnino similitudo. Nam illa, si volueris ad stipulatorem relata, valet, nec tamen transit ad ipsius hæredes, quia conditionalis est, & personæ stipulatoris adhæret. Relata vero ad promissorem ab initio nulla est ipso jure. Illa equidem formula, cum volueris, ipsi promissori apposita, et si quibusdam visum fuerit contrarium, valet in hunc sensum, si ante mortem promissor declaraverit se velle, quemadmodum probatur in d. C. l. centesimus. §. ultim. & ex his, quæ illic ab omnibus traduntur. Quod si stipulatio concepta fuerit sub illa clausula, cum stipulator voluerit, valet tunc, & ad hæredes stipulatoris transmittitur: ut & illa, cum stipulator petierit expressio J. C. in d. l. 10. si cum petiero. quod expressum Jason adnotavit in d. l. centesimus §. ultim. n. 3.

¶ Item non obserbit text. in l. fidejuss. obligari. §. ult. \* ff. de fidejuss. qui ad probationem communis opinonis fuit à nobis adductus. Nam illic non agitur de conditione potestativa, sed de conditione mixta. Cum potestativa conditio sit illa, quæ secundum communem usum pendet principaliter ab arbitrio & potestate contrahentis, aut illius, cui aliquid sub conditione promittitur vel legatur. Illa vero, quæ ab alterius arbitrio & potestate principaliter pendet, mixta est, ut probatur in l. l. §. qui sub conditione. ff. si quis omis. caus. test. l. suis quoque §. puto. ff. de hered. insit. & in l. que sub conditione. §. quoties. & in l. ultim. ff. de condit. insit. & notatur in rubr. ff. de condit. & demon. Ergo J. C. responsum in dict. l. fidejussor. non potest commodè induci ad probandam communem Bartol. & aliorum sententias. Cum in conditionibus mixtis & casualibus fateantur omnes. jus conditionis implendæ ad hæredes transmitti. Sed & alia ratione illud responsum aptari non potest huic quæstiōni, quam tractamus, an jus conditionis implendæ ad hæredes transmittatur. Nam cùm agamus de jure conditionis implendæ non transmittendo ad hæredem illius, cui promissio fit, & negemus transmitti, quia potuit & debuit ille ante mortem adimplere, ut ratiocinarentur omnes, non est, cur ad responsum J. C. rationem istam examinemus, quia ille, cui promissio fit, nihil adimplere debet, nec tenetur: & præterea non queritur illic de q. contingent post mortem illius, sed alterius, qui debitor erat principalis æris alieni, in secundam obligationem conditionalem deduxit. Atque idem responsum illud J. C. ex eo constabit, quod conditions sint in expressa forma adimplendæ, de quo statim disputabitur, non autem ex eo, quod jus conditionis implendæ non transeat ad hæredes. Nam quod Stella scribit, illum text. non probare communem sententiam, quia conditio negativæ concepta morte finiatur, & deficiat, etiamsi verum sit regulatiter: poterit tamen ex contrario dici, & metit, illud idem contingere, quia non potest hæres adimplere conditionem, quæ fuerat defuncto injuncta, & adscripta. Etenim si in conditionibus negativis mortuo illo, qui poterat aliquid agendo conditionis defectum inducere, conditio defecit, non alia ratione id contingit, quam quod hæres idem agendo non possit conditionis negativæ formam adimplere.

¶ Sed & ultima ratio per communem opinionem adducta minus eamdem probat: nempe conditiones esse adimplendas in forma expressa, & idem nec ab 7 hærede, nec cum hærede adimpleri posse, + atque ita jus conditionis implendæ non transire ad hæredem illius qui adimplere non debet, nec ad hæredem illius, cum quo adimplenda est: quod Bald. & Socin. adnotarunt in dict. §. Auger. Ego etenim huic rationi in universum respondebo, in conditionibus præcipue servandam esse testantis vel contrahentium voluntatem, quæ conditions ipsas regit. l. hæredes mei.

§. cum ita. ff. ad Trebell. l. in conditionib. & l. patre Sever. ff. de condit. & demonst. Unde licet verba conditionis sint secundum rigorem significationis, & conceptam formulam intelligenda: nihilominus ex mente testatoris, vel contraheatis, à quo dicta est conditio, poterit ipsa conditio vere adimpleri per æquipollens, ita ut idem sequatur effectus: quemadmodum frequentissime observarunt Bart. numer. 3. Imol. Alex. & Aret. & alij in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. novioresque longius præsertim Ruin. numer. 17. Lanc. Galliau. Crottus numer. 28. Fort. & Lusit. in 5. Relect. parte. Quorum sententia probatur quoad eum, cui incumbit conditionem implere, in libr. ultim. ff. de condit. inst. ubi conditioni, si decem Titius dederit, patetur: & fit satis si alter 10. nomine Titij dederit, quamvis absque ejus mandato. Imo etiam si eo ignorante data fuerint, idem esse quidam responderunt: nempe Bald. Paul. Cum. & Imol. in dict. lib. ultim. Bald in l. un. §. sin autem. col. 1. C. de cad. toll. Cuman. & Socin. in lib. 2. ff. de cond. & dem. Idem Soc. in libr. 1. in repet. numer. 47. ff. de vulg. Adversus Ang. in dict. ultim. & Alex. in l. si filius hæres pen. colum. ff. de lib. & posthum. Idem vero, quod ex dict. libr. ultim. de conditione dandi, deduximus, probatur expressum in libr. Arethus. ff. de stat. hom. ad fin. & in libr. un. §. ne autem. C. de cad. toll. Sic sanè in præsenti quæst. cùm de contractibus disputetur, quorum ea est natura, ut hæredes transmittantur, etiamsi conditionales sint, quod probavimus superius, par est ut præsumamus, contrahentes non ita fuisse addictos rigori verborum, in conventionibus etiam conditionalibus concipientis, quod corum hæredes voluerint à jure adimplendi conditionem excludere, si per eosdem hæredes ad eundem effectum adimpleri conditio possit. Siquidem tunc conditio quoad effectum servatur in eo, quod æquipolle. Quod probari etiam potest ex ratione libr. veteris. C. de contrah. stipul. Hoc itidem confirmatur: quia si jus conditionis implendæ ad hæredes non transiret, daretur ex eodem contractu inæqualitas, neque esset æqua utriusque contrahentis conditio: cùm contigeret, transire contractum ad hæredem unius, non tamen ad hæredem alterius, cui incumbebat jus adimplendi conditionem potestativam: nec potuit is eam adimplere priusquam morte obierit, & aut saltem non fuit in mora adimplendi. Sed & ad hoc moveor auctoritate Bart. qui in dict. l. si decem scribit adducens J. C. responsum in dict. l. à testatore. ff. de cond. & dem. & d. l. un. §. sin autem sub C. de cad. toll. idem jus conditionis implendæ non transmittitur: & loquitur Bart. in contractibus. Nam si vera est inductio Bart. & ejus argumentatio procedit, cùm satis constet, contractum conditionale transmitti ad hæredem, consequetur evidenter, & jus conditionis implendæ ad hæredem pertinere, etiamsi conditio potestativa sit.

¶ Ad idem est opt. text. in l. diem proferre. §. si hæredes. vers. nec utimur. ff. de recept. arbii. Nec utimur, inquit Ulp. Labeonis sententia, qui existimat, si arbitrari aliquam pecuniam dare justerit, & si decesserit antequam daret, pœnam committi, licet hæres ejus paratus sit offerte. Quibus equidem verbis satis constat, hæredem posse conditionem illam adimplere, quæ defuncto fuerat injuncta, aut quæ de eodem defuncto fuerat adimpleuda: non alia sanè ratione, quam quod natura contractus hoc exigat, & quod ex contrahentium mente durum esset cogi ad subeundam pœnam hæredem, qui paratus est pecuniam dare, & illud agere, quod sub conditione pœnali defuncto fuerat indutum lege contractus. Nec obserbit intell. Bart. & aliorum in dict. l. si decem cum petiero. dum hi scribunt in dict. l. diem. §. i. præcessisse dispositionem puram, & idem jus.

jus adimplendi conditionem postea scriptam ad hæredes transmitti: quia contractus non incepit à conditione, sed à pura & simplici conventione & dispositione. Nam & hæc ratio facillimè tollitur, cùm ea ex hoc procedat, quod ex p̄æcedenti dispositione transmittatur contractus ad hæredes, & consequenter jus adimplendi conditionem. Etenim quamvis contractus incipiat à conditione, ad hæredes transit: quod superius probatum est, ergo & jus adimplendi conditionem. Qua ratione illud mihi satis certum est, hanc argumentationem Bart. ipsum, & alios decepisse. Frequentissimè enim responderunt, jus adimplendi conditionem ad hæredes non transmitti, quia nec contractus conditionalis ad hæredes transmittatur.

¶ Ex parte vero ejus, cum quo adimpleri debet conditio: itidem passim ac frequenter ex voluntate testatoris aut contrahentium satis est, quod ea per æquipollens simili modo adimpleatur: ita quidem, ut idem sequatur effectus. Quod probatur ex l. 3. C. de inst. & sub cond. fact. ex responso Antonii, quod in hæc verba positum est: Si mater vos sub conditione emancipationis hæredes instituit, & priusquam voluntati defunctæ patetetur, sententiam deportationis patet metuit, vel aliter funsus est, motte ejus, vel alio modo patria potestate liberati, jus aedundæ hæreditatis cum sua causa quæstis. Ecce quod in eo responso non tam verba conditionis, quæ mens testatoris fuerit ab Imperatore perpetua & observata. Nam si esset res juxta verborum rigorem definienda, non exitisset conditio. Sic & conditio illa, si patronus hæres non erit, portigur ad conditionem, si patronus non erit bonorum possessor qui propriè & verè hæres non est. quos autem. Inst. de bon. poss. Quemadmodum J. C. responderet in l. conditio. §. si patronus. ff. de cond. & dem l. ex facto. §. ultim. ff. ad Trebell. qua de re in specie latè tradidetunt multa Lancellot. Politus in tractat. de substat. tit. de vulg. part. 3. n. 9. & Lusitanus in d. §. & quid si tantum 5. par. n. 37. Sic & fideicommissum à matre liberis relatum, si patris motte sui juris essent effecti, statim eis debetur, si vivente patre per emancipationem fuerint patria potestate soluti. l. si ita lib. ff. quando dies leg. ced. & in l. mulier. ff. ad Treb. Eadem ratione conditio dandi pecuniam pupillo adimpletur ex mente disponentis, licet non ex rigore verborum, si derut pecunia tutori vel curatori. l. si fundus. ff. de condit. & dem. Quia idem sequitur effectus. Multa tandem his similia potuisse hoc in loco tradere, quæ missa faciam libentissimè, cùm longius trahentur in d. §. & qui si tantum.

¶ Constat igitur ex his, in contractibus conditionibus conditionem verè adimpleri ex mente contrahentium non tantum cum illo, quia nominatum expressus fuit, sed & cum ejus hærede modò idem ex hoc sequatur effectus. Quod Jas. & Zal. in d. §. Angerius non negarunt.

¶ Hinc etiam infertur intellectus ad text. in dict. l. fidejussor. §. ultim. ff. de fidejussor. Illa etenim conventionem secundum communem hanc interpretationem habet, ut fidejussor tencatur, si reus principalis requisitus, aut interpellatus non solverit alicetum, vel mortem ante solutionem obierit. Non quia hæres rei principalis non possit solvendo liberare fidejussorem: sed aquia propter leve datum, quod fidejussori interrogatur, qui aduersus rei principalis hæredem agere poterit, satis erit, ut ipse conveniri possit, quod reus ante solutionem mortem obierit. Atque ita illa verborum conceptio: Si Titius non solverit, promittis mihi date: propter congruam quandam contractus vim, ita erit interpretanda, ut si quis sit interpellari reum, vel mori: Nec sit necessarium, quod hæres ejus interpelletur.

¶ Fortassis illud responsum processit à variis J. C. factis, atque ita Labeonis sententia, quæ ab Ulpia repellitur in dict. l. diem preferre: quod Duare censet, & nos quandoque idem in simili quæst. adnotavimus.

libr. I. Var. Resol. cap. 3: numer. 7.

¶ Quod si ad acutissimum, quæ superius dicta fuere, observentur, manifestè contabit, communem sententiam nos probari in dict. l. si decem cum petiero nec in d. §. Angerius nec in dict. l. fidejussor. §. ultim. nec ratione illa, quod conditions sunt in expresa forma adimplendæ. Deinde apparet, contrarium opinionem deduci ex dict. §. ex conditio. & ex dict. l. necessario. §. quod si pendente. & ex ratione l. ultim. ff. de condit. inst. & l. 2. C. de pat. int. emps. & vend. Cujus inductioni minimè obicit quod Bart. & alij qui eum securi fuerunt, conati sunt respondere, nempe illa ratione in eo casu jus conditionis adimplendæ transire ad hæredes illius qui eam adimplere debuerat, & illius cum quo adimplenda erat: quia ille, qui ex conditionis eventu obligandus est, accepit aliquid, ut obligaretur. Tunc etenim jus conditionis implenda transit ad hæredes, ut Bart. censet in dict. l. si decem cum petiero cui tamen Jasou responderet, non obtinere ejus ratione, quia illic primus emptor cum adimpleretur conditio, verum recipit pretium, quod ipse dederat: & idem nihil recepisse videtur, ut ex condit. eventu obligaretur. Ego sane opinor, Jas. non satis perceperisse Bart. mentem: nam Bart. non intellexit de pretij dati receptione, sed de ipsa re, quæ cum esset vendoris, data est emptori certo pretio, & minori fortassis, quam esset ejus rei justa estimatio propter paucum de revendendo, & qua ratione emptor in eo casu obligatur acceptancei rei venditæ in eventum conditionis adimplendæ. Sed nihilominus Bart. intellectus ex eo deficit, quod rationes opin. communem ita obtinere in casu, & quod dict. l. sicut & in alijs. Etenim si jus conditionis adimplendæ non transit ad hæredem, quia conditio est in expresa forma, sed in æquipollenti. Et præterea si ex eo communis opinio procedit, quod contractus conditionalis non transit ad hæredes, idem & in illo casu respondendum foret. Etenim contractus venditionis est purus, pureque conceptus: contractus revenditionis conditionalis, & distinctus: atque idem licet purus ad hæredes transire, non ex hoc conditionalis ad eosdem hæredes transmittendus erat: nisi communis opinio Bartol. & aliorum falla foret.

¶ Rursus nec mihi placet conclusio Bartol. asseverantis, jus conditionis implenda ad hæredem transmitti, quando contractus incipit à p̄æcedenti dispositione, ex l. diem preferre. §. si heredis. Nam si vera est ratio, qua communis opinio defendi solet, de conditione scil. adimplenda in forma expresa: eadem & in eo casu obinet, quo processit dispositio. Siquidem non magis implebitur conditio tunc in forma expresa, si per hæredem adimpleretur, quam ubi incepit contractus à conditione. Unde interpretatio Bart. non est admittenda: præterim cum & is nulla ratione dixerit, text. in dict. §. si heredis intelligendum esse, quum idem est in conditione; quod in dispositione. Nam, ut Jas. recte admonet in d. l. si decem. hoc non potest à jurisconsulti responso, nec ab ejus ratione deduci. Potuit enim arbiter in conditionem pœnalem aliud deducere, quam deductum fuerit in dispositionem, & deinde, cum contractus conditionalis ad hæredes, ut ipse opinor, transmittatur, etiam opposita conditione potestativa, cessant omnia, quæ possent opinionem Bart. adjuvare. Transmiso namque contractu, mirum non est, quod & jus conditionis implenda transmittatur.

¶ Hacenus de quæstione ista, quæ hinc inde tot rationibus & autoritatibus controvertitur, ut mihi, quid in ea sentiam, dicturo vobis omnino fuerit, lectorum in summa admonet, quodam modo apud forensia tribunalia Judex, vel Advocatus hanc difficultatem expendere debeat, ne vel communem opinionem adversus propriam conscientiam temere sequatur, vel omnia sententias ex eo, quod vetiorem esse iuste existimet,

in cu[m] rursus errorem labatur ut conventionem quamlibet conditionalē secundūm illam intelligendā esse censeat, non satis examinans Bartoli, cui cæteri alieniuntur, mentem, communemque omnium resolutionem.

¶ Primum igitur illud erit observandum, ex omnium traditione, & ex mente Jurisconsultorum, tunc dici actum initium sumere à praecedenti conditione, cum nulla datur obligatio ante conditionis eventum, nec illius, qui promittit, ad solutionem, & promissiōnē, nec illius, cui promissio sit ad conditionis adimplētū, ita quod præcisē cogi possit, conditionem adimplētū. Quod si detur obligatio illius, cui promissio sit ad adimplēdām præcisē conditionē, profectō actus non incipit à conditione, sed à conventione illa, quæ statim inducit obligationem ad conditionē adimplēdām, aut ad certū diem, vel certo die à contrahentibus p̄finito, licet alterius obligatio conditionalis sit in eventum conditionis. Nam si dixerit: *promitto tibi centum, si dederis equum Titio*, incipit hæc conventionē à conditione, quia ego non teneor tibi dare centum, donec dederis equum Titio, nec tu teneris dare equum præcisē, sed si volueris à me habere centum. Quod si actum sit eo modo, ut ego teneas tibi dare centum, si dederis tu equum Titio, & nihilominus tu tenearis, sive velis sive nolis, equum dare Titio: sitque hoc traditum lege contractus expressum, vel tacite: hic contractus non incipit à conditione, sed à dispositione, quamvis & hæc sit aliqua ex parte conditionalis. Quod J. C. eleganter explicat in l. ita *sipuatus sum te sisti*, vers. itaque potest Sabini sententia. ff. de verb. oblig. Hoc colibentius admonui, quod viderim quandoque in hoc erratum fuisse ab his, qui Bart. opinionem sequi decreverint: unde oportet, si quis velit communem sententiam probare, quod is diligentissimè expendat, quid Battolus, qui primas in hac dispositione tenuit, palam scripsit asseverans, jus conditionis implendæ ad hæredem transire, quoties contractus non à conditione, sed à dispositione incipit.

¶ Secundūm loco in hac controversia est tenendum menti, ex communis juris Cæsarei interpretum opinionē receptum esse, jus adimplendi conditionem potestativam ad hæredem non transmitti, nec conditionem impleri posse cum hærede illius, cum quo ex lege contractus fuerat adimplēta, modò conventionē ipsa initium habuerit à conditione.

¶ Tertiō, quamvis hæc sit communis opinio, & fortassis verior multis videatur, intelligenda erit in stipulationē formulī, quæ restringendæ sunt, & ex rigore quodam verborum intelligendæ juxta notata in l. quidquid adstringenda. & leg. 4. §. Cato. & l. 1. ff. de verb. oblig. Nam propter stipulationem veterem illam & supersticiōsam solemnitatem: qui in his cadebat à syllaba, ut & in prætorum formulī, cadebat item à causa. Quemadmodum ex pluribus locis J. C. in tract. de verb. obligat. facillimè deduci poterit.

¶ Quartō, erit adnotandum ex hoc, opinionem istam, etsi communis sit, & vera, non esse admittendam in contractibus ulro citroque obligatoriis, præseriū nominatis, & qui bonæ fidei censentur, propterā quæ nos in reg. possess. de reg. Jur. in 6. de contractibus bonæ fidei tradidimus. Deinde propter legem regiam l. 3. ord. tit. 8. lib. 3.

¶ Quintō, ut liberè & ingenuè rem istam ipse palam exponam, censeo communem sententiam nec veram esse, nec in practicis consultationibus servandam fore. Imò existimo, jus conditionis adimplēdæ ad hæreditatem transire, etiamsi contractus incipiat à conditione, etiamsi conditio potestativa sit, modò ea conditio non sic adhæreat personæ nominatae, quod per alium expediti ad similem effectum & æquipollentem minimè possit.

¶ Sextō, eadem ratione adversus receptam ab aliis

opinionem existimo, conditionem contractibus ap̄positam, etiamsi ea potestativa sit, posse adimplere & cum hærede illius, cum quo ex verbis contractus erat implenda: etiamsi contractus incepit à conditione.

¶ Septimō, hinc & illud frequentissimè erit respondendum, contractus conditionales, etiam quibus adscripta est potestativa conditio, ad hæredes omnino transmitti, si conditio per hæredes adimpleri possit.

¶ Octavō, ex p̄notatis superest verum & proprium discrimen inter ultimas voluntates, & contractus. Nam ex ultimis voluntatibus conditionale fidicommissum, vel legatum, sive conditio sit potestativa, sive casualis, non transmittitur ad hæredem ante conditionis eventum. At ex contractibus transmissio sit, sive sit conditio casualis, sive potestativa, modò conditio eveniat, aut adimpleri possit per hæredem, aut cum hærede, forma expressa, aut æquipollenti ad eundem effectum, quem lege dicta contrahentes præcogitarunt.

#### C A P U T X L.

De usu Jurisdictionis, quæ pluribus in eamdem urbem aut oppidum competit.

#### S U M M A R I A.

- 1 *Jurisdictionis pluribus jure dominio in eodem territorio competens, quoniam pacto sit exercenda?*
- 2 *Jurisdictionis, que pluribus communis est, commoda & emolumenta qualiter sint dividenda?*
- 3 *Divisio rei communis quomodo fieri debeat?*

**N**on raro in judicialibus controversiis tractare solet à forensibus advocatis, quoniam pacto plures unius urbis aut oppidi domini jurisdictionem habentes, ea uti commode possint, ne fraus aut injuria fiat. Et sane in eam sententiam communi, aut frequentiori consensu itum est, jurisdictionem in hoc casu in solidum cuiilibet competere: quemadmodum omnes probare conantur & ante alias gloss. in cap. prudentiam. in princ. de offic. deleg. ea ratione, quod jurisdictione sit jus incorporeum, & individuum. arg. l. 1. §. si usus fructus. ff. ad. l. Falc. & l. viaff. de servitut. Sic & Bart. in l. si unic. n. 8. ff. de re jud. licet, posse quemlibet ex his dominis jurisdictionem in solidum exercere: ita sane, ut locus sit præventioni: citatam hujus opinionis probationem text. in l. 2. §. ex his. & §. ex quo quidem. ff. de verb. obl. atque idem Bart. sententiam inibi sequentur Ang. Cum. Imol. Alex. & Vincent. Hercul. n. 18. Abb. n. 12. Imol. Fel. col. 1. & Dec. n. 10. in dict. cap. prudentiam. Nec refert secundūm eos quod jurisdictionem istam exercentes imparē partem dominij habeant: nam & tunc pariter jurisdictione in solidum uti poterunt ex jure præventionis.

¶ Ex contrario sunt, qui censeant, jurisdictionem in hoc casu in solidum cuiilibet competere, quia individua est, exercitium tamen ejus non esse penes quemlibet in solidum, nec à quolibet in solidum exercendam fore jurisdictionem, sed compellendos esse ut eam communi & concordi suffragio exerceant, quantum ad ipsius usum: sic denique ut invitati cogantur ad concordiam, si in jurisdictionis uero non convenerint. Quam opinionem tenuerunt Guliel. de Cuneo. Rainer. Albert. Bald. quæst. 7. l. unic. ff. de offic. conf. Paul. de Cast. in dict. l. si unic. quo in loco Jas. in l. sequenti in hanc inclinat sententiam. gloss. optima in cap. licet, in verb. convenient. 16. qu. 13. Rom. sing. 759. Ant. de But. in dict. cap. prudentiam. col. 4. Bart. Soc. conf. 272. lib. 1. Ang. & Alex. & alij in dict. §. ex his. Dec. conf. 242. late Boërius dec. 5. Nam licet quidam ex præcitatibus loquantur, ubi jurisdictione ab uno in plures hæredes ejus devenit, & translata est, omnes tamen in hoc convenient, quod idem sit, quoties jurisdictione in aliquo

aliquo territorio pluribus competit ratione dominij. Eadem enim est ratio : siquidem jurisdiction illa non est exerceenda , nisi pro ea parte dominij, quæ in ipsum territorium obtinetur. Quasi locus sit respondentum , quoties dabo vel plures à lege , vel à Principe constituentur judices ordinarij , daturque eis ordinaria jurisdiction. His etenim in solidum competit in habitu , & exercitio. *l. 1. ff. de offic. conf. dict. l. si uni. & in c. prudentiam.* Quibus in locis hęc est ab omnibus recepta opinio. Ergo ubi ratione dominij jurisdiction pluribus competit , hęc non in solidum à quolibet , sed communiter est exercendi : quemadmodum in *d. §. ex his. Ang. & omnes tradidere. Dec. & Boët. paulo antè citati.* Convenit enim inter eos , cogendos esse plures unius territorij dominos ad concordiam , & ut concordi suffragio communes judices & vicarios elegant , atque constituant.

**¶** Mihi verò ex his opinionibus potius illa placet , ex qua constat , non esse à quolibet in solidum jurisdictionem + exercendam : atque idè existimo , cogendos esse plures unius territorij dominos concordi electione vicariorum , & magistratum , aut alia congrua ratione jurisdictionem communiter , non in solidum exercere. Quod si posset commodè usus jurisdictionis inter eos dividi juxta partem , ac portionem , quam quisque majorem , vel minorem in eodem habet territorio , id æquissimum foret. Nam & Boët. in *dict. dec. 5. refert* , in senatu , & auditorio Burdegalensi apud Gallos ter pronunciatum fuisse in tribus hac de re questionibus , quod plures habentes in eodem territorio jurisdictionem , eā uterentur divisione quolibet anno , tot ejusdem mensibus , quot partes haberent domini. Sic ubi duo nobiles viii essent unius territorij domini , haberetque unus duas partes , alter verò tertiam , ex prædict. Burdegal. prætorij definitione , ac decisione , qui duas habet partes ex tribus uteretur jurisdictione in solidum , & solus octo anni mensibus , alter verò quatuor. Nec tamen hoc decretum adeò tutum est , præsertim ipsis , qui sunt duobus aut tribus Principibus subditi , & ab his justitiae rigore regendi , ut frequenter sit admittendum. Fortassis enim quandoque commode id fieri poterit : cum aliqui possit contingere , nunc usum jurisdictionis perniciolum esse. Quamobrem prior opinio quam ex Bart. in *d. l. si uni. adduximus* , magis recepta videtur. Nec mihi placet , quod Nicol. Boët. probare conatur in *d. dec. 5. asseverans* , habentem majorem dominij partem , habere etiam jus creandi , & eligendi magistratus , ut vicarios qui omnium dominorum nomine jurisdictione utantur. Nam & ipse dubius est de hac opinione , & auctores ab eo citati parum urgent ad eam probandam.

**¶** Quod si præmittamus Bart. sententiam vel praxi , vel alia ex causa obtinuisse , ea erit admittenda quoties ex usu + jurisdictionis nullum commodum pecuniarum exercenti acquiritur : aliqui ubi ex pœnaliibus legibus aut statutis , modoque mulierum aliquod emolumentum acquiratur exercendi jurisdictionem , sive sint plures domini , sive plures judices ordinarij , non poterit unus , altero invito , vel absque alio jurisdictionem exercere. Quod Bart. ipse in *dict. l. si uni. censet* , & post eum Bald. in *cap. ultim. colum. 5. de re ju. Abb. in dict. cap. prudenciam n. 12. argum. sumpto ex l. heredes mei. §. ultim. ff. ad Trebell.* Sequitur eandem opinionem Jalon dicens communem esse in *l. mnc autem ff. de re jud.* Quam tamen reprobant Andr. in *dict. si uni.* & illic Alexand. atque Imol. in *dict. cap. prudenciam. colum. 4.* Idem Imol. in *l. si fundum sub conditione.*

**3** *his verbis. ff. de leg. 1. ratione quod commodum incidenter contingens , non impedit jurisdictionis usum.* Ego verò , etiam si Bart. opinio admittenda foret ,

Didaci Covar. Tom. II.

existimo eam non obtinere , ubi agitur de commode sportulatum , nam hoc non impedit exercitum jurisdictionis , ut Ang. argumentatur : atque ita Cum. Imol. & Jas. in *dict. l. si uni. & in l. mnc autem, & Alex. in dict. l. hered. mei. §. ultim.* Bart. dictum intellexere. Ejus etenim opinio est omnino intelligenda quoad pœnas & multas , quæ judicibus ex l. deferuntur : ticuti & Imol. Jas. in *dict. l. si uni.* existimarentur.

**¶** Sed & si omnia Bart. sententia sequamur Ang. & alios tenentes , posse quemlibet in solidum exercere jurisdictionem etiam ubi tractetur de pœnis & multatis , quæ legibus ad judices pertinent , nihilominus omne commodum ex hoc deducetur , quamvis ex unius sententia , erit inter omnes proportiones dominij dividendum : quod notant Cumani. in *d. l. si uni. Jacob. de S. Georg. in tract. de Feudis colum. 3. & Boët in dict. dec. 5. num. 6.*

**¶** His verò libenter adjiciam , cum de re pluribus communis actum sit , quod & si judicis officio sit divisione + facienda eo modo , quo melius fieri possit , sicut frequentiori consensu receptum est : tamen menti , ac memoriae commendari debet text. elegans in *c. 1. de parochiis.* Ex quo deducit , inter fratres ita esse faciendam divisionem , ut antiquior dividat , ac partes constituat : minor autem eligat : quod ex illo text. adnotarunt ibi Doct. & præter eos Ananias in *c. qualiter. in 2. de accus. colum. 1. Barb. in rubr. de reb. Eccles. n. 128. Alex. & Jas. in l. 1. ff. si certum pet. num. 39. idem Jas. in *§. quædam de actio. n. 65.* Tractat quæstionem istam latè Andr. Tiraquel. de primoge. quæst. 60. & refert Rom. conf. 471. legem quædam municipalem , qua idem erat statutum. Sed & Bal. in *l. pen. C. commun. divid.* scribit D. Aug. idem probasse : tametsi Bald. non placeat modus hic divisionis. D. autem August. lib. 16. de civit. Dei. c. 20. commemorans divisionem Abrahæ & Loth , cuius in hunc modum sit mentio Gen. 13. inquit , hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo , ut quando terrenorum aliquid partiendum est , major dividat , & minor eligat. Hęc August. cuius mentionem idè feci , quod is originem hujus consuetudinis è divisione Abrahæ & Loth deduxerit. Seneca item lib. 6. dec' am. ejusdem moris meminit , & ex eo declamationis cuiusdam leges , ac titulum accepit. Judex tandem expendere debet in his divisionibus faciendis , quid commodius sit , à fraude & injuria magis alienum. Ejus etenim arbitrio committitur , quonam pacto divisionis fieri debeat ex *§. ult. Instit. de offic. jud.* tradunt Bart. & alij in *l. 1. C. de his. qui se defer. li. 10. Roma in dict. conf. 471. Alex. & Jas. in *d. l. 1. ff. si cert. pet.* Apud Demost. contra Olympia. cùm ageretur de dividenda canonis hæreditate inter Callistratum , & Olympiad. Callistratus eam in duas partes divisit , deditque electionem Olymp. Sed & Pontificia responso in *dict. c. 1.* non loquitur de majore , aut minore respectu terræ : sed de eo , qui diutius rem , de qua agitur , administravit : tunc etenim mirum non est , jus divisionis antiquiori dari , aut sanè optionem. text. & illuc glo. in verb. antiquiores. in *cap. ult. de consuetud.* l. 6. ubi Jo. Andr. Auchat. Dom. & ferè omnes idem voluerent. Hęc tractat summus Pontifex de divisione rerum hæritiarum , in quibus non habet plus juris major etate , quam minor : estque illud jus Pontificium speciale introductum favore fidei : atque idè in eo tantum casu , vel aliqui simillimus observandum : siquidem communis sententia receptum sit , regulariter divisionem juris arbitrio , aut sorti committendam esse. l. non amplius. §. 1. & l. sequen. ff. de leg. 1. l. 2. C. quand. & quibus 4. pars dub. lib. 10. omnium diligentissime tradit Tiraquell. in *dict. quæst. 60.***

F I N I S.

M m m 3 D I D A C I



# DIDACI COVARRUVIAS A LEYVA, TOLETANI, DE FRIGIDISET MALEFICIATIS.

Tractatus doctissimus

*In septem questiones divisus, nuperrimè ex manuscripto Codice ejusdem COVARRUVIAS descriptus, qui in Bibliotheca Collegii majoris S. Salvatoris almae & celeberrima Academiæ Salmanticensis asservatur.*

## AVCTORIS PRÆFATIVNCVLA.

Cum enim Salmanticæ epitomen in librum quartum Decretalium scriberem, quibusdam ex causis tractatum in titulum de Frigidis libenter missum feci, eo animo, ut nihil unquam ea de re forem tractaturus; coactus tamen sanctæ Sedis delegatione cause cuiusdam gravis profecto, & quæ mihi molesta fuit, non potui non hac de re aliquot questiones ac dubia tractare, quæ apud juris utriusque interpres variis sententiis & opinionibus sic explicantur, ut omnino sit necesse, quid jure tenendum aut respondendum sit, & deliberate maturius, & cautiùs definire.

### QUÆSTIO I.



N Matrimonium quoad vinculum dissolvi possit & debeat, quia ipsa fœmina à viro, coitu conjugali cognosci non possit, vel quia ita est arcta, aliquid impedimentum habeat, quod potentiori viro indigat, ut ab eo cognosci valeat, ipse vero vir possit aliam fœminam, corruptam quidem cognoscere, vel coire cum ea, quæ non sit ita arcta, ut est propria uxor. Est enim hoc impedimentum, ut sic loquamur, respectivum virtutis ad istam fœminam, & hujus fœminæ ad virum istum, non tamen absolute quoad omnes. Et sane matrimonium non esse ex hac causa dissolvendum videtur probare textus in c. fraternitatis de frigid. quo in loco suminus Pontifex affirmit, fœminam quæ sit apta uni viro, omnibus aptam censeri. Quod Innocentius illis urget dum exponit litteram à summil viro, id est à quolibet in genere, & communiter qui frigidus omnino non sit, cùm illi nulla vis fuerit facta, & potentia illi non desit ad uxori reddendum aliquando debitum, quamvis aliquando & sibi non possit.

Hac ratione accedit, quod impedimentum illud, cui medeti potest humano medio, præter divinum miraculum, non dirimat matrimonium, neque illud impedit: qua quidem regula utitur summus Pontifex indistinctè in dict. cap. fraternitatis. Sed hoc impedimentum tolli potest per incisionem, quæ fieri

valeat absque periculo mortis, ergo matrimonium hoc non debet dissolvi, & tenerut hæc mulier incisionem pati: si ea absque periculo mortis fieri possit, humanis ac moralibus conjecturis animadvertis. Notant omnes in d. cap. fraternitatis, Soto in 4. sententi. dist. 34. q. 1. art. 2. & Gabriel in supplemento. Tandem hanc opinionem videtur probare S. Thomas in dist. 34. quest. 1. art. 20. scribens non esse dissolvendum matrimonium ex eo quod vir non possit uxorem virginem coitu cognoscere, si sit potens & idoneus ad corruptam, & possit aliquo instrumento illa virgo reddi apta marito. Idem illic Soto & Gabriel aperiūs hoc tenent, & in d. 6. fraternitatis. Innocentius, Hostiensis, Joannes Andr. Heniques, Antonius & Præpositus. Imò esse hanc opinionem communem asseverant Antonius colum. ultim. qui eam sequitur n. 22. & Præpositus col. 10. qui colum. antepon. & u't. scribit hanc opinionem esse meliorem & veriorem. Eamdem sententiam sequuntur hi auctores, qui existimant fœminam, quæ à priori viro non potuit cognosci, carnali coitu, si per usum posterioris virtutis efficiatur apta priori, esse illi restituendam, quorum in quæstione sequenti mentionem faciemus.

Ex adverso hoc matrimonium dissolvendum esse quoad vinculum, quia nullum fuerit, neque constare potuit, probatur ex eo, quod cùm contrahentes coire non possint, nec uti valeant thoro & copula conjugali, non sunt cogendi ullo modo in eostatu manere; quo conjugio uti non possunt, neque prolem legitimam habere, ipsis plenè invitis, & qui eo animo contraherent matrimonium, eaque conditione tacitè à jure intellecta, si coitu conjugu-

gali coire possiat, & essent ad eum idonei ac potentes, non deberent ad remanendum in tali matrimonio compelli si conditio talis sublata non esset.

His suffragantur, quod impotentia perpetua coëandi inter vitum & uxorem efficiat matrimonium nullum. Sed hæc est impotentia perpetua inter vitum & uxorem. Ergo matrimonium est nullum.

Tertius urget efficaciter text. in cap. ult. de frigid. ubi matrimonium quoad vinculum separatur, nec prohibentur separati cum aliis contrahere conubium, si ex cohabitatione temporis legitimi, & aliis rationibus constiterit, non potuisse vitum & uxorem carnali & conjugali coitu commiscere. Quod si quis dixerit illam decretalem tractare de impedimento maleficij, quod humano auxilio tolli non potest, atque adeo ceteri perpetuum saltem, quoad ipsos virum & uxorem, at impedimentum impotentiae quoad unum, non potest censeri perpetuum etiam quoad alium, quoad tolli potest humano auxilio, præter divinum miraculum.

¶ Verum hæc adjectio non urget. Nam & illam Decretalem obtinere non tantum impedimento maleficij, sed & in illo, quod ex frigiditate aliave simili impotentia oritur, tenet illic Cardinalis, cuius interpretatio non displicet Panormitanus, Præposito, Imolæ, Innocentio, illic eum textum intelligentibus solùm in impedimento frigiditatis, non in maleficio: quamvis in hujus opinionis parte ultima ab omnibus aliis horum sententia fuerit improbata. Nam & Hostiensis scribit non solùm intelligendum esse illud responsum in frigidis, sed etiam in maleficis. Et in 2. column. Quæ quidem opinio convenit opinioni Cardinalis, cuius Præpositus columna tertia meminit: habuit enim Præpositus Cardinalis commentarios, alias quidem ab his, qui vulgo habentur, quod patet, dum meminit cap. Nicena, 31. distinc. Nec Cardinalis opinioni obstat ea diligentia quam adhiberi mandavit summus Pontifex de confessione pœnitentia, juxta capit. si per fornicarias. 33. q. 1. Nam cum in d. cap. ult. tantum mentio fiat impotentiae; nec dictum sit quæ ex causa, in quacumque impotentia erit illa decisio intelligenda, siquidem quod de pœnitentia ibidem traditur, cum ad auxilium diuinum pertineat, & sit Christiana providaq; cautio eam in quoqueq; impedimento requiri dicendum est. Unde non probatur efficaciter, & ex ratione illud summi Pontificis responsum, tantum esse accipendum in maleficis impedimento.

Sed & ratio illa quæ traditur impedimentum ex maleficio cum una quoad illam censeri perpetuum, quia præter divinum auxilium licet tolli non possit, minimè obstat, cum & impedimentum ex impotentia frigiditatis contingere possit cum una, & ad unam tantum fœminam, non ad omnes, & ita quidem, ut nullo humano opere tolli possit, quod paucis post adnotabimus: quin & impedimentum ex maleficio, sicut contingere potest, quoad unam, poterit & quoad omnes, cum ex maleficio possit homo aliquis sic imbecillis fieri, ut cum nulla fœmina coire valeat, quod fatetur S. Thomas in 4. dist. 34. q. 1. art. 30. ad 4. Ergo jure quidem non potest differentia inter impedimenta ista constitui.

Quarto, posse contingere impedimentum respectivum ex alia causa, quam maleficio, ita quod mulier non sit apta uni & sit alteri, atque ita vir possit unam fœminam coitu carnali cognoscere, non tamen aliam, sive ob memoratum vitium, sive ex alia causa, expressum asseverant Richardus in 4. dist. 34. art. 1. col. 2. & illic Dutandus quest. 2. nn. 8. Paludanus quest. 2. n. 10. 13. & 14. Et Joannes Major qu. 1. col. ult. Ita Jacobus Almainus, Gabriel quest. unica art. 2. coroll. 2. & 3. Angelus verbo matrimonium; impedimento 16. Sylvester verb. matrimonium impedim. 15. Anton. 3. pars. tit. 1. c. 12. §. 1. Regia lex. 3. tit. 8.

& l. 17. tit. 2. part. 4. gloss. verbo à simili in d. c. fraternitatis. Et Vincentius, Joannes Goffredus, Pancratius, & Raymundus ab Henrico citati. Abbas not. 19. Anchatarus 10. & col. ult. Et Hostiensis in summa lib. 8. cap. 27. Tutecremata in cap. quod autem. 33. quest. 3. dum distinguit sextam condicione à tercia, atque idem posit matrimonium hoc dirimi, quoad vinculum, præcitatæ auctores tenent, qui etiam huic posteriori tentatione subscribere mihi videtur. Nam Hostiensis scribit in d. cap. fraternitatis separato matrimonio, ex eo quod feminæ judicata fuerit arcta, & tandem cognita à secundo viro, & propterea primo restituta, cum quo per cohabitationem temporis legitimi definiti, cohabitans non potuerit ab eo coitu carnali cognosci, eam fœminam secundo viro restituendam, absque ulla umquam reparatione prioris matrimonij. Hanc opinionem Hostiensis sequuntur Joan. Andr. Anton. n. 32. Abbas not. 20. Anchatarus not. 16. Henricus ibi col. ultim. Præpositus super regula fornicario. Hostiensis lib. 8. cap. 27. Sylvester in d. impedimento 16. qua ratione censeo hanc esse communem<sup>s</sup> opinionem.

¶ Neque præsumptio illa, quæ utitur summus Pontifex in d. c. fraternitatis, asseverans, fœminam quæ ab uno viro fuit cognita, posse ab aliis cognosci, non obstante quod fuerit arcta, non est ita firma. Non recipit probationem in contrarium Præpos. ibi col. 2. post Abb. not. 7. etenim quamvis sit à secundo viro cognita, si tamen per usum istum secundi viri adhuc non est effecta cognoscibilis à primo, matrimonium primum censemur nullum. Idem Gabriel in dist. 34:art. 2. corol. 4. consentiuntque omnes in hac opinione, quo fit, ut omnibus perpenitus constet planè posse contingere, inter vitum & uxorem respectivum impedimentum, quod sufficiat ad dissolutionem matrimonij, etiam quoad vinculum, ne possit dubitari quin & hæc sit communis opinio. Denique constat, summum Pontificem respondisse secundum id quod communiter & frequenter contingere solet.

Ceterum hac in controversia videamus, quæ possint morali certitudine apud judicem esse certiora, & ob id executioni mandanda, & quæ sint in futurum eventum remittenda. Hæc enim est summi Pontificis in dicto responsu œconomia.

Primum enim ubi vir & uxor tempore legitimè definito cohabitaverint, idque constiterit eo modo, quo apud homines constare potest, vitum non esse quoad alias fœminas impotenterim, ipsam vetò uxori non esse omnino arctam, sed aliqua ex parte sic impeditam usu viri, ut ab eo contempnon possit, nec carnali coitu cognosci, & ideo potentioris viri conatu iudicare; Judex pronunciabit, ea reprobata, ut quando sine periculo corporali per incisionem aliove modo potest effici mulier apta, ut ab hoc viro cognoscatur, cogenda sit incisionem pati, aliudve medicamentum admittere, quo ad copulam esse possit idonea. Hoc ex dicto responso notavimus, & que item D. item ex D. Thoma in dist. 34. convenienterque in hoc juris Pontificij interpretes & Theologi: sic tamen est tractatum de hac incisione, ut ea sit admittenda, quando morali conjectura argumentum sumi possit post incisionem & per eam fore aptam uxorem viro, &c.

Quatavis ubi fœmina non esset arcta ullo modo, sed ipse vir omnino impotens ad virginem, profecto durum videtur ipsam cogi, ut incisionem patiatur, & tamen ex D. Thom. & aliis adhuc constat uxorem debere incisionem pati, quæ tamen possit fieri sine corporali periculo, quod cautè judex judicabit.

At ubi inciso sine corporali periculo fieri non possit, non est ipsa fœmina cogenda hoc periculum subite quod ex dict. cap. fraternitatis, constat, & illic omnes fatentur, unde tunc hoc impedimentum censeretur esse perpetuum, & dirimere matrimonium,

quod notant Henr. in dict. cap. fraternitatis, & ex aliorum mente Dominicus à Soto dist. 34. quæst. 1. art. 2. Unde hoc in casu quid facere debet Judex, cui constat fœminam esse virginem, nec potuisse cognosci à viro etiam cum ea per legitimum tempus cohabitante, qui tamen potens sit ad corruptam, & fortassis ad alias virgines, hoc est maturè considerandum.

Nam si morali certitudine constare possit, quod ipsi fœmina licet ab hoc viro corrupti non valuebit, tamen à potentiori fieri possit per usum alterius eprix viro, profecto hoc impedimentum videbitur perpetuum, quandoquidem licet opere humano tolli possit, opus tamen illud est omnino illicitum. Unde fit ut inter hos virum & fœminam constare non possit matrimonium, cùm alias uxori viro cognoscibilis non possit cognosci, quam per usum alterius vihi. Card. in d. o. fraternitatis, vers. ex cuius primi facto, est. pen. exp. sim. Gabriel. adnotavit in dist. 34. art. 2. cor. i. 5. & Dominic. Soto, vers. qui autem 16. qu. 1. art. 2. post Paludanum ibi not. 12. & 13.

Præterea hoc erit omnino observandum in facto cuius mentio fit à Pontifice in dicta Decretali fraternitate actum esse de ipsius fœminæ impedimento & impotentia, eo quod foret arcta, eaque ex causa divorij causa facta pronunciata, nullo impedimento, nullave impotentia quoad virum, aut contra ipsum allegata. Unde cum ipsa mulier fuerit postea ab alio cognita, summus Pontifex præsumpsit, ac tandem deceperit sententiam ex errore probabili tunc latam fuisse: nec fœminam sic arctam exitisse, quæ nec à viro cognosci, nec humano remedio apta fieri possit: tandem potuisse cognosci à priori viro, adactus quem nullum extitit allegatum impotentiae impedimentum, si toto fuisse is nulus conatus, aut potuisse per incisionem, aliove modo fœmina effici apta ad coitum. Quod si foret probatum, ipsum virum aliquem defectum pati, quoad fœminam eidem per matrimonium conjunctam, & verisimile est ipsam non pati defectum, quoad viros communi potentia habiles ad coitum, nec potuisse humano modo absque periculo verisimili incisionem pati, profecto existimavimus summum Pontificem eam sententiam pronunciaturam fore, quæ in cap. ult. pronunciata fuit.

Ex quibus constat, quid respondendum sit his rationibus, quas in prioris sententiæ probationem adduximus: imò utraque opinio convenire fortassis videbitur, si obliteraverimus responsum Decretalis prædictæ, utcumque intelligatur esse admittendum, nisi constare possit, fœminam ab eo viro, cum quo cohabitavit, cognosci carnali coitu non posse adhuc humano opere lictu tantum adhibito, vel id propter periculum corporale adhiberi non possit.

Pronunciabit igitur judex divorij sententiam, sic tamen, ut nec viro, nec fœminæ alterius matrimonij contractus permittatur: quod ita factum fuisse constat ex cap. ult. de frigidiis, de cuius intellectu paulò ante tractavimus: & tamen cautè erit de hac re agendum, siquidem propter cohabitationem temporis à jure diffiniti observandum erit an ea cohabitatio fuerit vera, non ficta, denique an vir nec frigidus, nec impotens ad alias fœminas est, conatus fuerit diligenter & hanc virginem, quam uxorem duxit, corruptere, & carnali coitu cognoscere, alioqui si hoc in casu non posset matrimonium dissolvi quoad vinculum, vir & fœmina cogentur in eo matrimonio permanere inviti, in quo nulla esset spes prolixi, coitusve conjugalis, imò nec potestas ulla coeundi, quod durum esse censeo, nec video id sacris Canonibus convenire.

Sed in causa gravi inter admodum illustres personas nobis à summo Domino nostro delegata, in qua tractabatur, virum non potuisse cognoscere nec

corrumperem uxorem suam virginem, eo quod non esset aptus & potens ad cognoscendam virginem, præsertim propriam uxorem, cum qua per quadriennium habitaverat, & quæ ex alia parte erat arcta, exigebatque potentioris virti conatum, quamvis & ipse vir & proprius, ut ex processu constabat, alias fœminas corruptas cognovisset. Denique totam ipsam causam Pontifex nobis commisit, ut præmissis omnibus, & post instructam litem narratis, eam litem sententia diffinimus etiam usque ad matrimonij dissolutionem, adjecta clausula, prout juris est, daremusque licentiam ipsi viro aliad ducendi uxorem, & ipsi fœminat contrahendi cum alio, qua denique clausula sentit planè Pontifex posse contingere impedimentum respectivum, quod matrimonium etiam quoad vinculum ditimatur.

Probatum fuit tandem in prædicta causa quibusdam valde urgentibus conjecturis, virum esse impotentem aliqua ex parte quoad virgines, & non potuisse uxorem, quæ virgo erat, etiam conatu toto cognoscere, quamvis probatum fuerit eundem virum carnale commercium cum fœminis corruptis habuisse, quæ tamen à multis cognitæ fuerant; item & quarundam peritarum obstetricum testimonio probatum fuit fœminam esse vel omnino arctam, vel sic eisdem arctam, ut non facile potuerit à quovis viro corrupti: sed & aliquot testibus, eisdemque medicis probabatur, eamdem fœminam nullum in vase habere defectum. Ipsa igitur conabantur probare virum esse frigidum & impotentem, ipse vero, in uxorem culpam, eo quod arcta esset, rejiciebat.

## QUÆSTIO II.

**Q**uid si divortio facto ipsa mulier per incisionem fuerit effecta cognoscibilis viro, an ei sit restituenda absque novo consensu conjugali? Et profecto summus Pont. in dict. cap. frater. huic questioni respondere videtur, esse enim restituendam viro uxorem in hac specie & casu, nec requiri tacitum novum consensum nec expressum ad matrimonium, quod in suprema & ultima parte illius responsi constat, siquidem futurus eventus declaravit matrimonium validum fuisse, & divorij sententiam errore quamvis probabili latam esse, cùm impedimentum opere humano tolli potuerit, & denique fuerit remotam ab ipso periculo & detimento corporali. Hoc ipsum notat Gabriel in 4. sentent. dist. 34. art. 2. opp. 3. & ibid. Dominic. Soto. Et videatur opinio verior: tametsi requiri novum consensum expressum vel tacitum teneat Joan. insim. confess. de impet. coeundi, quæst. 8. Astenensis in lib. 8. quæst. 27. Sylvest. verbo matrimonium, 16. Armill. verb. matrim. not. 51.

Imò ubi hæc incisio facta fuerit in periculo & gravi dolore, & tamen libera à periculo ipsa fœmina effecta sit cognoscibilis, esse eidem restituendam asseverat Innocentius. Joan. Ad. Aut. not. 22. Præpos. col. 10. & pen. Card. col. ult. A cuius quidem Innocentij opinione non auderem recedere, tametsi videamus contrarium sensisse Heinicum in dict. cap. fraternitatis, post Hugationem in cap. proposisti, 324 quæst. 7. Et Astenensis in dict. quæst. 27. nam periculi corporalis timor & consideratio in id tendit, ut non cogatur ipsa fœmina seipsum illi committere: tamen si se commiserit, & effecta fuerit apta marito, profecto erit illi restituenda, cum etsi proprium timorem periculi judicari potuit impedimentum perpetuum, tamen cùm eventus demonstraverit potuisse tolli per opus humanum licitum, quamvis periculosem, ex errore probabili judicabitur latam fuisse sententiam divorij: Quam periculosa sit incisio oris matricis tradit Joan. Michaël Savanorola in pract. tit. 7. rubr. 9. Nicolaus Florent. serm. 7. tit. 3. s. 20. & 35. & constat

constat ex Aretio. serm. 4. tritab. 4. cap. 96. Hic enim auctor, dum agit de modo incisionis, profecto non posse fieri eam absque periculo ostendere videatur: sed & de mulieribus artis seu clausis tradit, & de curando earum morbo, in harmonia Gynæcotorum, part. 2. cap. 15.

QUÆSTIO III

**Q**uid si lata sententia divortij, ipsa fœmina, quæ apta non erat, illi viro sit per usum matiti, aut alterius viri primo effecta cognoscibilis an sit ei restituenda: Et planè primo viro restituendam esse, si per usum alterius sit effecta cognoscibilis, probare conantur ex dict. c. fraternitatis, illic Innocentius, Hostiensis, Joan. And. Ant. col. ult. not. 22. Præpositus col. 10. & antepen. & ult. Imò esse hanc communem opinionem profitetur Anton. col. ult. & Præpositus col. 10. Huic sententiae accedere videtur Richardus in 4. sent. dict. 34. art. 1. quæst. 2. & ibi Gabriel quæst. unica, art. 2. col. 2. & 3. Angelus verbo matrimonium, 3. impedimento 16. Regia l. 16. tit. 2. part. 4. dum concedendum etiam fœminam esse primo restituendam, nisi dispar habeat is membrum, unde constet non posse ab eo cognosci sine periculo. Ergo si possit ab eo cognosci, quamvis sit ei effecta cognoscibilis per usum secundi, erit primo restituenda, Regia verò l. 17. nihil de restitutione tractat, atque idè non admodum urget pro hac parte, sed text. in d. c. fraternitatis, illi innititur præsumptioni, quod cognita ab uno viro potuerit ab alio, & sic à primo cognosci; at nos agimas & tractamus questionem istam, quando constat & constare potest, hanc fœminam non esse cognoscibilem ab ipso viro, nisi per usum secundi. Denique Pontifex in dicto responso exigere videtur similitudinem quamdam, inter primum virum & secundum, ut præsumatur potuisse virum cognoscere: si omni conatu ad coitum conjugalem usus fuisset. Quid si ob dissimilitudinem in membris, aut imparem potentiam constare possit, non potuisse fœminam à primo cognosci, nisi per usum secundi, profecto non video cur sit primo restituenda: utat enim ratione quæ gravis est, & cui non est facile respondere: imò ita difficile, ut ea sit mihi satis tuta ad hinc opinionem probandam.

Impedimentum illud inter vitum & fœminam ad matrimonium est perpetuum, quod opere humano tolli non potest: text. in dict. c. fraternitat. sed hoc est hujusmodi. Ergo, &c. Quid si hujusmodi patet, nam tolli non potest humano opere, nisi illico, ergo, &c. etenim quod tolli potest humano opere illico, perpetuum censeri debet, ac si nullo modo tolli potuisse, cum ejus operis usus sit omnino interdictus. Atque idè posteriorem hanc sententiam mihi probat Regia lex. 3. tit. 8. part. 4. Panormitanus in dict. cap. fraternitatis, n. 19. & ibi gloss. verb. similis Vincent. Tancredus, Remundus, Gofredus, citati per Hentiques; idem Ancharanus not. 10. & col. ultima. Hostiensis lib. 3. quæst. 27. Turrecremata in cap. qui autem 33. quæst. 1. art. 3. dum distinguit sextam conclusionem à tercia: Gregorius in d. lib. 10. Et quamvis Hostiensis contrariam probaverit, assentit tamen hanc opinionem esse communem in summa §. qualiter, colum. ult. Ex Theologis hanc opinionem esse communem tenet Durandus dict. 34. qu. 2. n. 3. his equidem verbis. Quando verò separatur matrimonium propter arstationem mulieris, mulier debet remanere sine conjugio; si verò nubat alteri, à quo cognoscatur, numquid redintegrabitur primum matrimonium? Respondendum est quod dic, si primus vir & secundus sint similis naturæ & complexionis, quia sicut mulier est cognoscibilis à secundo, sic sit cognoscibilis à primo, & sic loquitur Decretalis in d.

cap. fraternitatis, si verò sint complexionis notabiliter distantis, ratione cuius numq iam fuisset mulier cognoscibilis à primo immediate per ipsum, licet efficiatur ei cognoscibilis per usum secundi, non debet primum matrimonium redintegrari: quia mulier arcta simpliciter inepta est ad contrahendum cum illo, à quo immediate cognosci non potest: non enim est licitum ut fiat ei cognoscibilis. Hæc Durandus.

Huic opinioni accesserunt Paludanus ibid. qu. 2. n. 10. 13. & 14. ibid. Jacob. Almainus, Ant. in 3. petit. 1. c. 12. §. 1. Sylvest. verbo divortium, §. 19. & verbo matrimonium, impedimento 15. ex junioribus Alfonsus à vera Cruce in speculo matrimoniali art. 38. Unde si præter triennalem cohabitationem aliquot humanis probabilibus tantum conjecturis constare possit, virum toto conatu usum fuisse ad coitum conjugalem: uxorem autem aliquo modo ita arctam esse; rursus & eumdem virum sic impotentem, ut licet cum aliis coire possit, non tam cum ea fœmina, quæ potentioris viri usum exigat, & dicta ex causa matrimonium fuerit separatum, non restituetur ista fœmina viro priori, licet ei fuerit per usum secundi cognoscibilis.

Ex his omnibus quæ superius in his tribus questionibus notavimus, constat planus, ni fallor, intellectus ad litteram, §. ult. in d. cap. fraternitatis, ut ea sit in hunc modum interpretanda.

In §. præter hoc, ibi, idonea.

**I**udex enim prudenter animadverteret, an ex incisione utcumque sit ipsa fœmina apta viro: nam ubi sine periculo incidi poterit, & ea incisio utilis futura sit, ea fieri debeat: at ubi periculum imminet, licet cogi non possit ad incisionem, si tamen se sponte illi obtulerit, & fuerit cum periculo incisa, atque idè apta viro, idonea debet censeri, quæ ex futuro eventu pendent, juxta ipsius responsi ultima verba, quibus admonemur, non esse facile in hisce controversiis judicandum.

Item pendet Judicium finale ex futuro eventu, quando facta divortio ex causa impotentiæ, veleo quod dimissa fuerit fœmina arcta, & contracto secundo matrimonio, secundo viro fuerit cognoscibilis, ac propterea restituatur quandoque secundo; pendet, inquam, à futuro eventu an iusta fuerit & debita hæc restitutio, juxta opinionem Hostiensis, cuius in 1. parte meminimus, fol. 3. col. 2. in principio.

Rursus ex futuris actibus pendet, an fuerit verum matrimonium cum primo, quod Cardinalis in dict. cap. fraternitatis adnotavit, & ex superioribus constat: nam in dict. cap. fraternitatis, Prima sententia, licet per errorem lata fuerit re ipsa, probabilis tamen error censetur, ut qui absque ulla judicis culpa contingere possit, quemadmodum ex prima quæstione observari potest, & notavit Hostiensis in Summa, §. qualiter, versic. quid si mulieres. Ad hæc legenda est historia Hieronymi Zoridæ lib. 10. c. 28. & c. 47.

Quid tandem dicemus, si per usum secundi viri non sit facta cognoscibilis primo: quo casu facentur omnes, non esse illi restituendam uxorem primo, si per primum partim sit effecta apta eidem primo viro & cognoscibilis, an erit etiam secundum Innocentium & sequaces illi restituenda? profecto constanter asseveraverim, non esse fœminam primo viro restituendam, neque mihi persuaderi potest, summos Ecclesiæ Pontifices hanc restitutionem permisuros.

QUÆSTIO IV.

**I**am quæstio quarta est, quæ tractari solent circa triennium; cuius mentio fit in cap. laudabile de frigidis,

*gidis*, quo in loco statuendum est, quo pacto sit triennij cohabitatio consideranda, & quod post eam non sunt cogendi vir & foemina ad probationem impedimenti amplius coabitare, nisi ex eorum voluntate simul velint permanere, quod ex littera illius texti probatur, ibi, quo clatio: & tamen queritur an effectus qui ex triennali cohabitatione procedit, tunc sit admittendus, cum a judice fuerit id tempus assignatum & indulsum, & cum sit satis ipsum maritum & uxorem triennio coabitasse absque judiciali pracepto, & quod sit necessaria triennij cohabitatio ex judiciali mandato, probare conatur per text. ibi. Host. Joan. Andr. in dict. c. laudabilem. Hostiens. in sum. tit. de frigid. §. qualiter, vers. quod si vir. Rursus & alij per Henriques in cap. I. ejusdem tit. citati, qui & eas sequuntur. Sed de impedimento procedente a maleficio, exprelle hoc tenet Ant. n. 10. Anch. n. 9. in cap. ult. cod. tit. Regia item lex cod. iit. 8 part. 4. contrariam opinionem, immo quod sufficiat cohabitatio triennalis ad praedictum effectum etiam triennium non fuerit per judicem assignatum, probat text. auth. ex nupt. & in auth. sed hodie, Cod. de nupt. gloss. in d. c. laudabilem, verb. celebrat. & illic per eund. text. Innoc. & Ant. n. 10. Idem Innoc. Vincent. Abb. antiqu. Card. & Panorm. in cap. ult. Anton. in cap. I. nu. 2. cui opinioni suffragatur text. in dict. cap. fraternitatis, & in cap. ult. cod. tit. Ex quibus constat, triennij cohabitationum, illi non fuisse indicata a judice, nec id necessarium exigi, immo sufficere cohabitationem etiam absque judicis praecipto contingentem, quibus planè consideratis, existimo hanc opinionem frequentiori DD. consensu receptam esse, & tamen in hac controversia censeo aliquot esse praeponenda, quæ observanda sunt ab eo judice, qui de hujusmodi litibus dirimendis agere debet.

Primum, ubi impotentia ad coitum probari legitimè possit, non est necessarium triennij tempus, immo statim matrimonium separari poterit, quod probatur in d. cap. laudabilem, juxta gl. ibi communiter recepta, verb. prius, & in c. I. eod. tit.

Secundum, in hoc sane casu judex diligenter observeat debet probationis genus & quantitatem: ad hoc quidem, ut nisi evidens & certa probatio fuerit, tempus nihilominus viro & uxori constitutus arbitrius, in quo per cohabitationem conjugalem ipsi conjuges conentur ac tentent matrimonium coitum conjugali consummare.

Tertium, ubi non aliter constat de potentia quam ex eo, quod ipsa uxor per inspectionem matronatum post alicujus temporis cohabitationem adhuc virgo existat, & nondum fuerit corrupta, tunc erit per judicem tempus ipsis viro & uxori assignandum, quo conentur conjugali copula coire, ita tamen quod viro minoris aetatis, quia a decimo quarto aetatis anno per biennium cohabitaverit, assignetur vel duo anni, vel unus tantum usque ad aetatis decimum octavum annum, quo anno in viro videtur aetas suffici plena atque perfecta, ut jure optimo presumatur impotentia, si eo tempore non potuerit uxorem coitum carnali cognoscere, plenè siquidem pubertati datus est annus decimus octauus, §. minorem Inst. de adopt. leg. abrogat. §. non tantum, ff. cod. tit. Jul. Paul. lib. 3. sentent. cap. 4. §. spadones, majori autem decem & octo annorum in hoc eodem casu judicis arbitrio tempus assignabitur, sic sane ut possit judex tempus minus triennio assignare, inspectis qualitatibus viri & uxoris, & considerato praterito cohabitationis tempore.

Quarto, ubi de potentia non aliter constiterit quam ex utriusque conjugis confessione, servanda erit decisio textus in dict. cap. laudabilem, §. ultum, juxta glossam & DD. ibi.

Hæc profecto obseruavimus ex Hostiensi in dicta

summa §. qualiter, & Henriques capit. I. post Hostiensem ibi, & ex Hostensi eodem Joanne Andrea & Praeposito in dict. cap. laudabilem. Joann. in summa confess. tit. de impot. coiunct. quest. 16. quæ quidem locum habent in impedimento ex impotentia præcedenti ab arctatione vel frigiditate naturæ, & in ea quæ causam habet a maleficio, communiter teneatur non posse judicem tempus cohabitationis triennalis moderari nec minuere: quemadmodum idem Host. Joann. And. Ancharan. n. 8. Anton. col. ult. in d. c. ult. tenuerunt, quo in loco Panormitan. nu. 12. admonet impedimento ex maleficio præcedenti, etiamsi cohabitatio triennalis contigerit, nihilominus in d. impotentia esse a judice aliquod tempus arbitrarium assignandum, ut eo conjuges cohabitent & conentur conjugali coitu coire.

Ceterum quod Hostiensis & qui eum sequuntur, notare conantur de ætate ipsius foeminae, ut sit decem & septem annorum, de ætate quatuordecim est intelligendum, ex l. nulla. ff. de alim. legat. quod explesè Ancharanus scribit, in d. c. fratern. tradit eleganter Emanuel Costa in cap. si pater de testam. lib. 6. verba impuberibus. Et tandem quod in viro persuadere poterit decem & octo annorum aetas, & in foemina efficere valeat aetas quatuordecim: unde cum triennij cohabitatio a duodecimo aetatis anno sit numeranda, non poterit non excedere aetatem quatuordecim annorum ipsa foemina: sed propter hoc a jure quoad matrimonium aetas est constituta duodecim annorum in foemina, quatuordecim in viro. Quod si alia reperiatur in jure statuum & annorum distractio, dubio procul ad alios effectus & alia negotia pertinet, non ad matrimonium: quod constat ex d. l. nulla, & in l. 1. & in l. 11. C. qui ven. aet. impetr. & in l. 2. ff. de p. fibum. ubi gl. verb. complevit. Sic & jure Pontificio, aetas quæ ad ordines Ecclesiasticos & alia munera subeunda, planè distinguuntur & variè, quod alibi tractabitur.

Ex his constat auctoritate Hostiensis evidenter & expressum scripta, minori decem & octo annorum a judice biennium vel annum tantum assignari posse ejus arbitrio, & id satis esse, modò tempus cohabitationis præterita, & quod auctoritate judicis fuerit additum, ad annum ipsius vii decimum octavum integrum & perfectum attigeat: si denique ut hæc probatio ejusque jus ac potestas, & juris efficax præsumptio, quæ ex cohabitazione debetur, assumi saltem anno aetatis vii decimo octavo, eodemque perfecto, simul cum alio tempore tribuatur.

Item constat, quoad vitum majorem decem & octo annis, posse judicem minus tempus assignare, pro suo arbitrio, considerato præterita cohabitationis tempore, & aliis qualitatibus, quæ ex cause examine constare poterunt.

Ex quo denique fit, ut observatis aliquot impotentia indicis arbitrio judicis urgentibus, sit satis sufficiens ad dissolutionem matrimonij cohabitatio triennalis, etiam non indicta, neque assignata a judice: quod probatur ex glossa & Doctoribus, quorum paulò ante mentionem fecimus: sic sane in responsis decretalium, in l. Regia, & apud ipsos juris Pontificij interpres, quandoque fit mentio cohabitationis triennalis ad praedictum effectum, ex auctoritate judiciali contingentis, quandoque ejus, quæ absque judicis præcepto contingit, quod variis ex causis utraque sit maximus momenti censenda, quod constat ex verbis ipsarum Decretalium, in c. laudabilem, in c. frater civitatis, in c. ult. de frigidis.

#### Q U A E S T I O N E V.

**Q**uartitur tandem, quonam modo sit intelligendus textus in d. c. ult. de frigid. ubi triennij tempus debere esse continuum respondet. Intelligo

telligo sane continuum in eo responso intelligi tempus in ea significacione, qua distinguitur ab utili, de qua distinctione agitur in l. 1. de diver. & temp. precript. qd. in §. rursum, de action. item in Cem. 2. de in integr. restit.

Sed in specie circa hanc materiam explicit elegerat Holtiens. in summa. §. qualiter, col. 4. scribens non ita intelligas continuum die ac nocte; satis enim est, quod majori parte anni cuiuslibet cohabitaverint. Item summa confess. lib. 4. tract. de matrimon. tit. 16. qd. 17. Albert. in Dictionario. verb. Divortium. Panorm. in dict. cap. ult. col. ult. dum mentionem facit sex mensum, quibus si absens fuerit maritus, scribit esse id te nups reparandum, nec debere computari in triennio: item Præpositi, col. 4. quamvis ejus littera sit, dum legitur, quinque menses, quod ex Panormitano, Holtiensi, Joanne Andrea, quos sequi voluit Præpositus, constat. Verba tamen Panormitani differunt maxime à verbis Holtiensi, & eorum, qui cum sequuntur. Nam Holtiensis tractat de absentia per sex menses quolibet anno: Panormitanus, Præpositus (ut ipse opinor) Joannes Andreas loquuntur de absentia sex mensum in toto triennio, ut illa sic reparetur, quod coabitatio per integrum triennium etiam per intervalla facta sit, nec tamen ea minori absentia sex mensum, nec de ejus reparatione sit agendum. Verum aperte loquitur Holtiensis, quam ut ulla indigeat interpretatione Sed & Albert. scripsit, sufficere majorem partem triennij, ubi ego legerem majorem partem anni, ut conveniat, cum Holtensi, cum sequi voluit. Sic & Joannes in summa confess. Holtientem fecutus, de majori parte cuiuslibet anni tractat, quem & ipse Albert. sequi videtur.

Illiud tamen ex mente Doctorum omnium, qui de hac materia tractaverunt, libenter, ni fallor, & verè adnotaverim, & ex his locis utriusque juris, quorum paulo ante meminimus, confirmari, non esse rationem aliquam habendam ejus absentie, quæ per paucorum dictum intervalla fiat, ut conjunctis hujusmodi modicis intervallis, cum aliis majoribus intervallis comparatio fieri valeat.

Ad hæc facit, quod coabitare non dicitur, qui per aliquid breve tempus coabitationem interruperit, leg. qui concubinam, §. uxori ff. de legat. 3. l. si quis ita legaverit. de condit. & demonstrat. & ibi docet optimè text. in cap. ult. de verbor. signific. lib. 6. & ibi Dominic. & Francus l. Mervia. ff. de manu miss. testam. tradit post alios Hippol. in l. ult ff. de iurisdict. omn. jud. n. 156.

#### Q U A E S T I O VI.

**S**exto queritur, an qui potens ad coendum, non verò ad seminandum, possit matrimonium contrahere: sit exemplum in eo, qui erigit membrum, sed quia testiculus caret, seminare non potest.

Et sane requiri ad matrimonium verè & validè contrahendum seminis effusionem, aut potentiam seminandi, ut ab auctoritate Doctorum incipiam, verum esse censet Vincent. Huguitio, Joannes de Frantulsi & Archidiac. in cap. 2. qui 3. 2. quast. 7. Goffred. in summa. tit. de frigid & castratus. Hentiques in c. fraternitatis, eod. tit. Abb. & Præposit. dicens, hanc opinionem communem esse, in c. 2. ejusdem. Paludanus in 4. dist. 34. qu. 2. atque illic Dominicus Soto qu. 1. art. 1. verb. atque sive judicium. Silvest. verb. matrimonium. 8. q. 16. §. 7. dicens, ita tenere omnes, & c. 3. ubi asseverat, hanc esse communem opinionem. Eamdem dixit com. opin. Sylvæ nuptialis auctor. fol. 59 pag. 1. sed iudicem auctores in propria specie, de carente utroque testiculo, hoc videntur constanter asseverare.

Huic sententiæ suffragari videtur Justinianus In-

stit. de adopt. § sed & illud. Ulp. item in l. si servo, §. ultim. ff. de jur. dot. quibus in locis probatur, castratum non posse contrahere matrimonium: castratum autem eum intelligent præcitat DD. qui utroque testiculo caret, vel quia sic natus fuit, vel eo, quod ei fuerint abscessi, fracti, vel attriti, qui thlibias & cæstomias dicitur, l. spadonum, ff. de V. S.

Hic accedit Pauli I. C. respondit in l. si quis posthumos, ff. de lib. & posthum. Si quis (inquit) posthumos, quos per ætatem, aut valetudinem habere forte non potest, instituerit hæredes, superius testamentum tumpitur, quod natura magis in homine generandi facultas & consuetudo expectanda est, quam temporale vitium aut valetudo, propter quam abdicatur homo à generandi facultate. Hæc Paulus. Ex quo, si generandi impedimentum perpetuum fuerit, nullaque sit spes hujus facultatis, profecto matrimonium contrahi non potest, nec contractum tenet.

Ex contrario eos, qui coire possunt, quamvis semen emittere non valeant, posse matrimonium contrahere, placuit gloss. in dict. cap. 2. qui 32. quast. 7. quam ex nostris sequitur Bart. Cæpol. in l. Pompeianus. §. spadonum, ff. de adil. edict. Angel. in summa. verb. matrimon. 31. impedimento 26. num. 11. Franc. Connarus lib. 2. cap. 15. idem Alciat. in leg. spadonum, ff. de verbor. signific. gloss. in leg. sed eti quasitum, ff. de liber. & posthum. ubi Jason. etiam subobscure probate videtur, huic opinioni & Jureconsultos atque Justinianum ipsum contentire quibusdam ex eo visum est, quod in l. 2. §. illud, ff. de adopt. & in leg. alumnus, §. sed eti spado, de manu. vind. & in dict. §. sed & illud, & in dict. §. sed & est quasitum, constat, spadonem matrimonium contrahere posse, etiam si generate non valeat.

Spadonem autem interpretantur eum esse, qui coire valet, licet non generate, nec semen emittere, ex eo quod testiculi ei fuerint abscessi, fracti, vel attriti, aliave causa fuerit is generare impeditus. Sic præfati Doctori sequuntur Jureconsultum in dict. leg. sed & est quasitum, dum tractat pariter de his, qui facile generate non possunt, propter ætatem aut sterilitatem. Nam de senibus & spadonibus responderet, ætatem vel sterilitatem eis impedimento non esse, quin matrimonium contrahere valeant: addit Jason. cod. hæc matrimonia rara debere censeri, quod eti non frequenter quandoque tamen ex vi naturæ contigerit, hos spadones generasse. Hocum auctorum opinionem docte & diligenter defendere conatur Michaël Medina in l. 5. de corib. sacerd. cap. 74. qui communem eam esse constanter asseverat. Nam, quamvis matrimonium hoc non contrahatur ut officium naturæ, est tamen remedium fornicationis vitrandæ, quod de senibus scribit S. Thomas in 4. dist. 34. qu. 1. art. 2. ad 3. Veluis. inquit, senibus, quamvis non habeant caliditatem sufficientem ad carnalem copulam, & ideo conceditur eis matrimonium, quod est in remedium. quamvis non competit eis secundum quod est officium naturæ. Hoc S. Thomas. Sed nos de hoc tractavimus in Epitome ad intellectum in c. tanta, qui filii sunt legitimi.

Cæterum qui priorem sententiam veram esse censent, horum Jureconsultorum responsis sic responde re tentarunt, & respondent: ut spado is sit verè & extra propriam significationem dicendus, qui erigere membrum, ac coire valeat, impediatur tamen generare, & semen emittere, non tamen perpetuo, sed temporali impedimento, cui mederi valeat, ope medicorum, aut si spes sit cessaturum, quod Galenus docte tradit lib. 5. cap. 3. de usu partium, & colligitur ex Theophilo in tit. de adopt. Constantin. Harmenop. lib. 2. tit. 8. idem adnotat Bald. in d. §. sed & illud. Cujac. in dict. l. sed & est quasitum, qui huic opinioni accedere videntur. Castratos enim

eos appellant, qui apud I. C. dicuntur thlibia, thais & ectomie. Sed & Brissonius, & Francisc. Hotoman. idem tradiderrunt cum Galeno, & aliis super in libris, quos de verborum signif. scripere.

Non negaverim, dictionem illam Spado, & ingenere, & in specie assumi: in genere quidem pro omnibus eunuchis, castratis, & spadonibus. *d. l. spadonum*, in specie vero in ea significatione, quam Galenus explicat apud Jureconsultos, quorum meminimus supera, *vers. ex contrario*, ut docet eleganter Anton. Augustinus qui illam divisionem praet aliis explicat *lib. 3. emendationum*, c. 5. quo sit, ut priorem opinionem existimem, dubio procul frequentiori auctorum consensu receptam, & probari *in cap. 1. de frigid.* atque ideo non esse ab ea in judicando, & consulendo redditum: nam & illi ratione qua subtiliter utitur Michaël Medina, *cap. 79.* sic existimo respondentum, matrimonium in eo casu consummatum esse censeri per coitum, absque seminis effusione, modo qui coierint, potentiam habuerint ac facultatem emitendi semen, ac generandi, tametsi ex aliquo accidenti semen non emiserit, modo cum uxore intra pudoris claustra coierit. Atque haec de hac difficultate, difficultique questione dicta sint: siquidem & juris utriusque interpres, sic frequentius Jureconsultos intellexere, ut carentem utroque testiculo, matrimonio contrahendo inhabilem esse existimaverint: sed & Cajetanus, cuius in questione sequenti mentionem faciemus, huic opinioni mihi accedere videtur, quod ex ejus sententia constat.

#### Q U A E S T I O VII.

**A**N sit verum matrimonium, quod inter omnino impotentes, & perpetuo impedimento affectos contrahatur ex certa eorum scientia spontanea, & communi consensu. Et non esse hoc matrimonium verum, nec validum, immo esse societatem quamdam ad cohabitationem, non quidem matrimoniale, sed ad similitudinem fratris & sororis simul contractantium, probati videtur ex auctoritate Roman. Pontificum Lucij, & Cœlestini in hac eadem questione respondentium, ut quas tamquam uxores habere non possint, habeant tanquam sorores, *cap. laudabilem. cap. consultation. de frigid.* Quia quidem auctoritate hanc opinionem temere glossa in verb. *quod si ambo*, & illic Innocent. Hostiens. Abb. & Præpol. *in dist. cap. laudabilem.* Doctores item communiter in dist. c. *consultationi*. Henriques in d. *cap. fraternitas*, eod. iii. col. 2. Sylvest. verb. *matrimonium*, 8. quæst. 16. §. 5. Dominicus Soto in 4. dist. 34. qu. 1. art. 2. Navarrus in *manuali*. *cap. 22. n. 60.* neque dubito hanc opinionem communem esse, maximè apud juris Pontificij professores.

Contrariam opinionem afferentes in hujusmodi casu, & specie, esse verum matrimonium, conatur

probare Paludanus *in 4. dist. 34. qu. 2. & Gabriel. qu. 1. art. 1. Archiepisc. Florent. 3. part. art. 1. cap. 12. §. 3.* Petrus Soto de *matrimonio. lect. 5. Angel. verb. matrimonium*, 3. *impedimento 16. §. 2.* quorum opinionem acerrimè & constanter defendit Michaël Medina *in dist. lib. 5. de cœlib. sacerd. c. 74. ex eo*, quod hujusmodi impedimentum non impediat matrimonij contractum simpliciter, sed ubi alter ex contrahentibus nolit cum potente cohabitare, idque velle videtur text. *iu d. cap. 1. de frigid. & malefic. & cap. 10. cod. tit.* Præterea existimat idem doctissimus vir, non esse honestam similem cohabitationem, quoad pollutionem, & alia admodum periculosa, permitti tamen in Republica Christiana. Sed & S. Thomas *dist. 34. qu. 1. art. 2. ad 4.* eidem opinioni favere videtur, his equidem verbis: Et ideo frigiditas, quæ causat talem impotentiam, ut homo non possit de facto solvere debitum, impedit matrimonium, quando alter conjugum ignorat hoc, quod alter non possit reddere debitum; si autem sciat hoc impedimentum, contractus valet: utiturque similitudine sumpta à conditione servitutis. His & illud patrocinatur, quod matrimonium verè constat inter illos, qui, et si potentes sunt, contraxerunt tamen cum voto perpetuae castitatis, & continentiae: poslunt enim iij simul cohabitare, sed in hoc contractu nullum intercedit impedimentum, & potuerunt conjuges sibi remittere jus eligendi debitum, nec aliis actibus conjugalibus renunciarunt. Ex hac posteriori conclusione duo inferuntur ac sequuntur: alterum, quod secundum matrimonium ab altero ex his conjugibus, contractum erit nullum, quod est contra prioria opinionis auctores: alterum, quod amplexus & oscula, aliquæ actus, qui solent esse inter eos illiciti, inter quos non constat matrimonium, non erunt peccata: quod expressim defendit Michaël Medina *in d. cap. 34. §. 77.* contrarium tamen tenet Dominicus Soto *in d. qu. 1. art. 1.*

Non auderem à priori discedere in judicando & consulendo: nam & Cajetan. 2.2. quest. 1. 54. art. 1. col. 5. scribit, nec peccare virum, qui ex temporali impotentia seminandi coierit cum uxore, etiam absque seminis effusione, quia id facit tentans, an possit emittere semen. Sequitur hanc opinionem D. Navarrus *in manuali*, c. 22. n. 60. idem *in c. confidet. n. 84. de pœn. dist. 5.* Quo fit, hos auctores minime excusare à peccato cum coitum, ubi impedimentum esset perpetuum, etiam ex consensu utriusque, atque ideo existimare, tunc constare matrimonij veri vinculum. Sequitur denique ex Cajetano, impotentiam seminandi, si ea perpetua sit, impedit vinculum matrimonij, quamvis non deficiat potentia coëundi: quod ad præcedentem questionem pertinet.

## FINIS AD DEI LAUDEM.

## INDEX



# INDEX RERUM ET VERBORUM, QUÆ IN UNIVERSIS OPERIBUS DIDACI COVARRUVIAS

I. C. CELEBERRIMI TRACTANTUR.

*Novus, Locupletissimus, & ad faciliorem ejus usum per locos distinctus.*

## AD LECTOREM.

**N**equid, benigne Lector, deinde ad Didaci Covarruvias Iuris Auctoris excellentissimi, usum requirere amplius posses, in locum indicis priorum editionum, qui pro Operum horum magnitudine & præstantia perexiguus atque imperfectus erat, novum tibi, locupletissimum, & bono ac facili ordine per locos digestum, repertorium Corollarii vice ad hanc editionem addi curavimus, non ad numerum foliorum tantum, sed adjectis, ubi opus erat ipsis sedibus, ex quibus singula desumpta sunt. Scimus enim utrinque togæ prudentibus, i. Theoricis & Practicis illorum auctorum scripta, qui varie, sine methodo, sed uti usus ac jussus postulavit, sua tradiderunt, licet plenissimè alias, elegantissimè citra repertorium subsidium, difficillimi atque incommodissimi usus esse: Tu interea nostris curis ac sumptibus fave, & vale.

Prior nota Tomum, altera paginam, tertia numerum marginalem; signum vero \* asterisci nonnunquam additum, ipsam lineam seu sedem desideratae materiæ præcisè monstrabit.

### A

**A**BBATIS auctoritas regulariter non sufficit in alienandis rebus monasteriorum. Tom. 2. fol. 26. num. 9.

Abbatissa testati non potest. I. 34. 1

Abdicatio quid sit. I. 85. 31

Ablatum quis tenetur restituere, ratione acceptio-  
nis injustæ. I. 998. 2

Abortionis poculum dans, si fugiat ad Ecclesiam,  
an ab ea evelli possit. 2. 258. 10

Abortioni qui causam dederit sit irregularis. I. 693. 1

Abortui foetus animati qui causam dederit, quo-  
modo puniatur. ibid. 1

Abrahe soror non fuit Sara. I. 228. 18

Abscessionis manus alteriusve membra & mortis ubi à  
lege est definita pœna, an incipiendum sit suppli-  
cium à minori. 2. 207. 9

de Absctione auris, mammillæ, vel digitorum. I. 709. 8

Absentis mariti mors qualiter proberet. I. 242. 4

### Ælio.

ubi *Absenti* per alterum actio quætitur sine cessa-  
tione, necessaria est ipsius absentis ratihabitio. 2. 91. 12

### Donatio.

*Absenti* facta donatio quomodo & quando possit  
revocari. I. 22. 18

*Absenti* facta donatio nisi ante mortem donantis ab  
eo acceptetur, an peccet. I. 22. 20

### Distributio.

*Absentium* distributiones an præsentibus adcrescant.  
2. 344. 7

*Absolutio* non præsumitur. I. 417. 6

### Ad Cauelam.

*Absolutio* ad cauelam an à delegato Apostolico da-  
ri possit. I. 488. 8

*Absolutio* ad cauelam quando sit concedenda. I. 487. 7

*Nan*

*Absolutio*

- Absoluto ad cautelam à quo judice dari possit.* 1. 488. 8  
*Ab Excommunicatione.*  
*Absoluto ab excommunicatione hominis à quo possit concedi.* 1. 485. 2  
*Absoluto ab excommunicatione an possit dari ab eo qui presbyter non est.* 1. 479. 10  
*Absolvere excommunicatum à Prälato inferiori an possit Episcopus.* 1. 485. 3  
*Absolvere ab excommunicatione causa hæresis inflata an possit facer dos electus ad confessio nem pœnitentialem, virtute bullarum & jubilæi.* 1. 483. 15  
*Absoluto ab excommunicatione juris & canonis regulariter dari potest ab Episcopo.* 1. 486. 4  
*Absolvere ab excommunicatione majori lata à jure an possit sacerdos parochialis.* 1. 487. 5  
*Absoluto ab excommunicatione minori pertinet etiam ad presbyterum parochialem.* 1. 487. 6  
*Absoluto necessaria est ab excommunicatione, quæ lata fuit ad tempus tacitum, vel expressum.* 1. 476. 5  
*Absolvi ab omnibus excommunicationibus quomodo possit qui pluribus excommunicationibus excommunicatus est.* 1. 481. 13  
*Absoluto ab excommunicatione qualiter sit danda, & quibus præmissis.* 1. 480. 11  
*Absoluto ab excommunicatione an possit dari sub conditione.* 1. 476. 6  
*Absoluto ab excommunicatione an fieri possit in mortis articulo.* 1. 477. 8  
*Absolvere ab excommunicatione in mortis articulo an possit laicus.* 1. 478. 9  
*Absoluto ab excommunicatione obtenta in foro conscientiae ex potestate jubilæi, aut bullarum, an habeat vim in foro exteriori.* 1. 484. 16  
*Absoluto & excommunicatio ex falsa causa obtenta, an vim habeat & effectum.* 1. 482. 14  
*A Juramento.*  
*Absoluto juramenti.* 1. 325. 11  
*Absoluto à juramento quandoque citationem re quiri.* 2. 325.  
*Absoluto à juramento à quibus concedatur.* 1. 325. 14  
*Absoluto à juramento debet fieri ab Ecclesiasticis, non secularibus.* 1. 326. 27  
*Absoluto à juramento per metum præstito an sit necessaria ad effectum agendi, & quid operetur.* 2. 325. 6  
*Absoluto à juramento absque justa causa, quæ fit ex certa scientia Principis, iniqua est; prodest tamen subditis ad effugendum pœnas civiles.* 1. 325. 19  
*Absolvere à juramento & voto poenali an quilibet Prälatus possit.* ibid. n. 14  
*Absoluto à juramento præstito contra bonos mores an sit necessaria.* 1. 354. 13  
*Ab observatione judicij.*  
*Absolutus semel ab observatione judicij, potest iterum ejusdem criminis accusari.* 2. 202. 1  
*Absoluendus an sit reis diffinitivè, an ab observatione judicij tantum, auctore non probante.* 2. 5. 8  
*Simplex.*  
*Absolutionem simplicem petens an videatur fateri se excommunicatum esse.* 1. 484. 1  
*Absoluto præstita absque juris canonici forma an teneat.* 1. 476. 7  
*Absoluta potestas quo pacto in principe distinguatur ab ordinaria.* 2. 307. 8  
*Absolutus iniqua sententia à priore, non potest nuptias contrahere in foro conscientiae.* 1. 305. 37  
*Absolutus in foro animæ potest in foro exteriori*

- ejusdem criminis accusari.* 2. 202. 3  
*Absolutus in foro Ecclesiastico, si crimen sit in fori, potest apud judicem secularis iterum accusari.* 2. 204. 6  
*Absolutus judicio inquisitionis, aut denunciationis, transacta onis causa, aut declaratione juramenti, an accusari iterum possit.* 2. 203. 5  
*Absolutus indulgentia principis iterum accusari non potest.* 2. 202. 2  
*Abstinuum à celebratione & communione Eucharistiae quando inducat pollutio nocturna* 1. 708. 7  
*De Beneficio.*  
*Acceptare beneficium Ecclesiasticum potest excommunicatus.* 1. 447. 4  
*Acceptatio beneficij non potest fieri per procuratorem absque speciali mandato.* 2. 235. 4  
*Acceptatio illius, cui beneficium collatum, omnino necessaria est ut illi acquiratur.* ibid. n. 3  
*Acceptatio facta ab eo, qui mandatum non habuit, rata haberi potest, modò ratificatio fiat intra tempus datum ad acceptandum.* 2. 235. 5  
*De Donatione.*  
*Acceptatio donati.* 2. 93. 14  
*Acceptatio rei alienæ tempore necessitatis extremæ, non comprehenditur sub legis prohibitione.* 1. 602. 3  
*Acceptum necessitatis extremæ ratione resticendum erit, si accipiens pinguiorem naectus fuerit fortunam.* 1. 602. 4  
*Accessorium, seu accidens, sapit naturam principalis.* 1. 330. 2  
*Accidentalia & naturalia contractus quæ dicantur.* ibid. n. 4  
*Accipiens antidota fit locupletior.* 1. 55. 53  
*In Emphyensi.*  
*Accrescendi jus in emphyteusi hæreditaria quando inter liberos locum habeat.* 1. 26. 41  
*In Fideicomisso.*  
*Accrescendi jus admittitur inter fideicommissarios.* 1. 125. 4  
*In Hæreditate.*  
*Accrescat qualiter aliis pars hæreditatis paternæ, aut fraternæ, repudiatae ab uno ex successori bus.* 1. 143. 15  
*in Accrescendi jure an frater utriusque coniunctus preferatur.* 2. 670. 2  
*Accrescendi jus inter hæredes institutos, non autem inter legatarios simpliciter factos locum habet.* 1. 86. 2  
*In Reditibus.*  
*Accrescendi jus an habeat locum in redditum distributione.* 2. 344. 7  
*Accursus filium falsè solidum interpretatur, & quinos solidos decem.* 1. 734. 10\*  
*Qui accusare possint.*  
*Maritus.*  
*Accusare num possit maritus uxorem de adulterio, si illius criminis conscientia, eam carnaliter cognoverit.* 1. 252. 11  
*Mariti hæredes.*  
*Accusare uxorem de adulterio, an possint mariti hæredes.* ibid. 17  
*Uxor.*  
*Accusare uxor non potest maritum adulterii criminaliter, & quæ remedia dentur uxori.* ibidem n. 9  
*Quos accusare licet.*  
*Absolutum.*  
*Accusari ejusdem criminis potest absolutus semel, ubi accusatio diverso jure reperitur.* 2. 202. 1  
*Accusari apud judicem secularis iterum potest absolutus in foro Ecclesiastico, si crimen sit misti fori.* 2. 204. 6  
*Accusari*

*Accusari* ejusdem criminis in judicio exteriō potestis, qui in anima foro est absolutus. 2. 202. 1  
*Accusari* irerum non potest qui principis indulgentia absolutus est. *Ibid.* n. 2

### De baptizato post crimen.

*Accusatio* criminis non tollitur per baptismi susceptionem. 2. 203. 4

### De ea cui injuria remissa.

*Accusari* num possit, cui offensus injuriam remisit. 2. 204. 7

### De Pare.

*Accusans* patrem judicio publico, an possit exhaeretari. 1. 83. 15

### De Protestatione.

*Accusans* aliquem, sine protestatione, criminali judicio, sive ut laicus, sive clericus, irregularis est, si accusatus a judice occidatur. 1. 703. 1

*Accusationem* ob institutam an possit revocari donation inter vivos. 2. 71. 8

*Accendendo*, nummi valor est. 1. 720. 6

### De Annuo redditu.

*Acquisitionem* anni redditu induci prestatio annua, contingens tempore immemoriali, absque ulius causæ allegatione. 1. 535. 4

### De Possessione.

*Acquisitio* possessionis quid sit. 1. 515. 1

*Acquisitionem* possessionis an inducat traditi instrumenti. 2. 366. 12

### Ludo.

*Acquisita* in ludo, etiam illico, non sunt in anime judicio restituenda. 1. 613. 1

### Matrimonio constante.

*Acquisita* quo pacto matrimonio constante acquirantur pro parte dimidia uxori, quoad dominium & possessionem. 2. 249. 2

### Metu.

*Acquisitum* per metum etiam levem, an sit restituendum. 1. 612. 7

### Nullo contractu.

*Acquisita* ex contractu nullo, ob defectum solemniratis legis humanæ, restituenda sunt in conscientia judicio. 1. 612. 11

### Definitio.

*Actio* est jus persequendi in judicio. 1. 198. 11

### Collatio.

*Actio* & exceptio an sint correlative. 2. 509. 4

### De acquisitione actionis.

*Actio* ubi queritur absenti per alterum sine cessione, necessaria an sit ipsius absentis ratificatione. 2. 91. 12

### De origine Actionis.

*Actio* & obligatio an nascatur ex juramento, jure Pontificio? 1. 321. 5

### De transmissione Actionum.

*Actiones* transmittuntur difficilius, quam dominium. 1. 112. 9

### De bona fidei actionibus.

in *Actionibus* bonæ fidei tantum valet officium judicis, quantum in stipulatione, nominatum ejus facta interrogatio. 1. 542. 4

### De conditionalis contractu.

*Actio* non oritur ex contractu habente conditionem incertam, certam tamen quoad eventum, donec conditio eveniat, licet statim obligatio oriatur. 1. 177. 15

### De Dativis & Nativis.

*Actio* dativa an transeat ad haeredes. 1. 577. 4 \*

*Actio* quæ competit veteri domino, extincta præscriptione per in integrum restitutionem, an sit nativa vel dativa. *Ibid.* n. 4

### De Delicto.

*Actio* ex delicto rei persecutoria, omnino in haereditatem competit. 2. 287. 7

### De Donato.

*Actio* qualis competat pro donatione mortis causa. 1. 25. 25

*Actio* competens pro donatione mortis causa, an sit bona fidei. *Ibid.* n. 26

### Hypotheccaria.

*Actionis* hypothecaria, & in ea proferenda sententia formula. 2. 54. 1. & seg.

### De Lega 2.

*Actio* ex 1. 2. C. de rescindend. vendit. intra quod tempus sit proponenda. 2. 29. 15

*Actio* ex 1. 2. C. de rescind. vendit. sine admittenda adversus tertium rei venditæ possessorem. 2. 160. 10

### Personalis.

*Actionibus* personalibus an noceat malæ fidei præscriptio. 1. 564. 4

*Actio* personalis quo tempore præscribatur. 1. 565. 1

### Penalis.

*Actio* penal is præscribitur cum mala fide. 1. 567. 8

### Redhibitoria.

*Actiones* redhibitoriae, & quanto minoris, an tempore legibus definito excludantur etiam in foro Pontificio. *Ibid.* n. 7

### Temporalis.

*Actio* temporalis qualiter perpetua fiat. 1. 571. 6

### Ex Testamento.

*Actio* personalis ex testamento, & realis, quomodo tollantur. 1. 115. 12

*Actione* reali ex testamento, an condemnetur qui non possidet, suscepit tamen litem. 1. 131. 6

*Actiones* competentes legatatio 1. 112. 2

*Acta* res inter alios, aliis non nocet. 2. 567. 9

*Actor* vocatus ad judicium ex 1. diffamari habet electionem fori. 2. 127. 6

*Actor* solidum petens, paratus recipere partem, constituit debitorem in mora. 2. 10. 5

*Actore* non probante, reus ab ejus petitione diffinitive absolvendus est. 2. 5. 8

*Actus* tunc dicitur initium sumere à præcedenti condizione, cum nulla datur obligatio ante conditionis eventum. 2. 687. 8. \*

*Actus* si non valet ut agitur, valeat ut valere potest. 1. 151. 4

*Actus* agentium non debent operari ultra intentiōnem agentis. 2. 9. 2

in *Actibus* agentis semper petendum consilium, ut liberemur à culpa ignorantie. 1. 548. 10

### Apostolorum Actus.

de *Actibus* quibusdam Apostolorum apocryphis. 2. 436. 3

### B. Sylvestri actus.

*Actus* B. Sylvestri quam auctoritatem habeant. 2. 439. 8

### Contrarius.

*Actus* contrarius bonis moribus juramento non firmatur. 1. 353. 1

*Actus* juramento contrarius aliquando valet, licet agens perjurus sit. 1. 10. 45

### Deficiens.

*Actus* deficitis ratione probatoriorum solemnitatis, non efficitur validus juramento præstito. 1. 386. 1

### Docendi actus.

*Actus* docendi inter misericordiæ opera enumera tur. 1. 593. 6

### Duplicatus.

*Actus* geminatio facti à minuti, facit cessare restitutionem in integrum. 1. 403. 12

### Illicitus.

*Actus* illicitus quis dicatur 1. 701. 10 \*

### Interior.

N n n 3

## Index Operum

- Interior.*
- Actus interiores mentis non punit humana constitutio.* I. 599. 7
- Juratus.*
- Actus appositum juramentum habet vim ut valeat omni meliore modo.* I. 387. 2.
- Legitimus.*
- Actus legitimus, qui diem & conditionem non recipit, qualiter sit matrimonium.* I. 168. 3
- Spiritualis.*
- Actus spiritualis contrarius juramento an valeat.* I. 366. 10
- Voluntarius.*
- ex Actibus merè voluntariis quasi possesso acquire non potest.* I. 536. 6
- in Adū aliquo facta nominatio sufficit ad probationem inter eos, qui actum egerunt.* I. 270. 9
- Addici in diem potest emptori premium, ut, si intra mensem aliis meliorem conditionem venditori non attulerit, res sit empta priori venditori.* 2. 681. 2
- Additionis in diem pacto dominium transfertur absque nova tradizione.* 2. 319. 1
- Adjicio pena est nulla, si principalis ipse contritus sit nullus.* I. 376. 4
- Aggressus si moderamen inculpatæ tutelæ excesserit, an puniendus sit.* I. 257. 18
- Administrari propria auctoritate potest ante apprehensionem possessionis, qui canonicam collationem habet.* 2. 362. 6
- Administratio rerum Ecclesiasticarum Prælatis competit.* I. 50. 3
- ab Administratione qui liberatur, vel contractu, vel testamento, tenetur ad id, quod actione reali vindicari potest.* 2. 224. 1
- Admettere quemlibet an cogenda sit meterrix publica.* 2. 348. 2
- Admonitio bina requirit, ut imponatur silentium perpetuum diffamanti, & agere nolenti.* 2. 125. 2
- Adquisitio, vide supra Acquisitio.*
- Adscriptis coloni qui ut Advena si quis contraxerit, an habeat jus revocandi domum.* I. 359. 4
- Adventiam rem filiifam, potest quandoque pater sine judicis decreto alienare.* 2. 56. 6
- Adventiam rem à patre alienatam, qualiter possit filius revindicare.* ibid. n. 5
- Adventiorum bonorum filij ususfructus patri competens, an revertatur ad proprietatem, dum pater monasterium ingreditur.* I. 37. 14.
- Adventium peculum an possit publicari ob crimen filiifam.* 2. 193. 7\*
- Adventus Regis habet hoc privilegium, quod interdictum suspendatur.* I. 507. 4.
- Advocatus in causa sanguinis, an præmissa protestatione efficiatur irregularis.* I. 704. 5
- Advocati, qui advocationis officium publicè suscepunt, cogendi sunt per judicem praestare patrocinium litigantibus.* 2. 348. 1
- Advocati an sint publico stipendio dandi pauperibus litigantibus.* 2. 517. 4
- Advocatorum privilegium.* 2. 345. 8
- Adulter non est, qui alterius sponsam ducit.* I. 149. 15
- Adultera mater non potest impunè à filio occidi.* I. 256. 7
- Adultera mulier an cogatur crimen detegere, ne filius spurius alienam habeat hæreditatem.* I. 590. 4
- Adultera an cogatur filio spurio secrete adulterium detegere.* I. 596. 8
- Adultera tenetur revelare adulterium, si id possit*
- detergere abiq; mortis & infamiae periculo.* I. 595. 8
- Adulter cum adultera nuptias contrahere non potest.* I. 204. 28
- Clericus.*
- Adulter clericus qua poena jure Canonico puniatur.* I. 259. 28
- Laicus.*
- Adulter laicus an per judicem Ecclesiasticum puniri possit.* ibid. n. 29
- Adulterari quid, & adulterini nummi.* I. 771. 2
- Definitio.*
- Adulterium quid.* I. 148. 12
- in Adulterio deprehensus quis dicatur.* I. 255. 3
- Gravitas criminis.*
- Adulterium ita malum est, ut nullo modo licet.* I. 180. 12
- Adulterium est contra fidem conjugalem.* I. 170. 4
- Commissio.*
- Adultrium non committitur cum alterius sponsa, quam de futuro appellamus.* I. 148. II
- Adulterium an per osculum & tactus in honestos probetur.* I. 251. 3
- Vindicta privata.*
- Adulterum & uxorem an licet propria auctoritate occidere in foto conscientia.* I. 256. 12
- Adulterij occasione si vir uxorem interficerit, quid juris.* I. 700. 9\*
- Accusatio.*
- de Adulterio accusari uxor à marito an possit, cum postea eam, hoc sciens, cognoverit.* I. 252. 11
- in Adulterii civili accusatione pariter judicantur vic & uxor.* ibid. n. 8
- Pæna.*
- Adulterij pena.* I. 258. 24
- Adulterium an morte justè puniatur.* ibid. n. 26
- in Adulterio deprehensi quomodo regio jure puniantur.* I. 255. 4
- Adultera pena infamiae notatur.* I. 595. 8\*
- Adulterij penâ an afficiatur vidua stuprum committens.* I. 253. 18
- Adulterij pena non habet locum in fornicatione cum alterius sponsa.* I. 149. 19
- Pæna applicatio privata.*
- ob Adulterium non amittitur dos, quod uxor à marito ob fævitiam expulsa, commisit.* I. 248. 4
- ob Adulterium amittit dotem uxor putativa.* I. 251. I
- ob Adulterium amittit uxor arrhas & parapherna.* ibid. n. 2
- Ædificare in alterius ætimationem non licet.* 2. 353. 8\*
- Ædificiorum publicus in civitate favor, & an ei renunciari possit.* I. 359. 8
- Ægineum talentum.* I. 739. 5
- ob Ægritudinem an fieri possit divitium.* I. 243. 9
- Ægritudo impediens alteram partem debitum reddere, an sit causa divorij.* I. 248. 25
- Ægyptij primum omnium regium principatum habuerunt.* 2. 494. 5
- Ægyptum talentum.* I. 739. 5
- Æmilia tribus.* 2. 389. 3
- Æqualitas inter liberos servanda est.* I. 86. 6
- Æquinoctium autumnale, quo mense contingat.* 2. 456. 4
- Æquinoctium vernum quo mense contingat.* ibid.
- Æquitas & rigor qualiter distinguantur.* I. 541. 3
- Æquitate cessante fictio cessabit.* I. 687. 5
- Era Cæsaris quid.* 2. 78. 3
- ob æs alienum non impeditur funus corporis.* I. 131. 5
- ad æris*

ad *Aeris* alieni solutionem non teneat omnium bonorum usufructuarius. 2. 152. 4  
de *Ereis* nummis, qui percussi fuerunt iussu Regum Catholicorum, Ferdinandi Quinti, & Elizabeti. 1. 718. 1

*Vis estimationis.*

*Estimatio* censetur quædam propria venditio. 2. 624. 7

*Estimatio* absque certa quantitate an faciat emptionem. ibid. 7\*

*Estimatio* an faciat emptionem, quoties premium non est justum. 2. 626. 9

*Estimatio* an faciat emptionem, quoties apponitur clausula, quod dos restituatur eodem modo, quo data fuit. 2. 622. 2

*Estimatio* in quibus non faciat emptionem. 2. 626. 10

*Dotis.*

*Estimatio* quarumdam rerum dotalium tacite à jure constituitur. 2. 624. 6

*Estimatio* rerum dotalium tunc facit emptionem, quando fit statim tempore traditionis, aut tempore, quo dos constituitur. 2. 623. 5

*Estimatio* rerum dotalium emptionem facit in dubio, etiam si premium in alterius arbitrium conferatur. 2. 621. 1.

*Legati.*

*Estimatio* legati anni perpetui, item alimentorum & ulusfructus civitatis reliqui. 2. 328. 8.

*Pignoris.*

*Estimatio* pignoris facienda, demptis meliorationibus. 2. 54. 3\*

*Estimationem* veram rei, demptis meliorationibus, potest offerre actori conventus hypothecaria, si rem ipsam melioravet. 2. 54. 2

*Estimatores* qui sint. 2. 12. 6

*In sponsalibus.*

*Etas* septem annorum ad sponsalia necessaria: præmaturo tamen judicio ac malitia suppleri potest & præveniri. 1. 150. 1

*In matrimonio.*

*Etas* ad matrimonium jure Canonum necessaria. 1. 199. 2

*Etas* conveniens in Republicâ ad matrimonium contrahendum. ibid. n. 1

*Etatem* jure canonum supplet malitia. ibid. n. 4

*Affinitas* an detur inter virum & uxorem. 1. 215. 7

*Affinitatis* definitio. 1. 214. 1

*Affinitas* unde dicatur. ibid. n. 2

*Affinitas* ex coitu etiam illico oritur. ibid. n. 3

*Affinitas* frequenter concurret cum publica honestate. ibid. n. 4

*Affinitas* matrimonium impedit, solum in primo genere, & intra quartum gradum. 1. 215. 6

*Affinitas* ante matrimonium contingens impedit illud contrahi; non tamen si post contractum accidat, illud irritum facit. 1. 204. 1

*Affinitatis* impedimento sublatu per dispensationem publicæ honestatis impedimentum etiam tollitur. 1. 215. 5

*Agape* quid sit in canonibus à Gratiano concinnatis. 1. 139. 3

*Agere* executor an possit. 1. 139. 5

*Agere* contra propriæ conscientiæ dictamen peccatum est. 2. 1. 1

*Agens* actione reali an fateatur rem possidere. 2. 104. 10

*Agens* contrarium prohibitioni legis humanæ, an peccet mortaliter, vel venialiter. 1. 368. 14

*Agenti* in judicio fisci jus per neminem opponi potest excepto fisco. 1. 222. 39

*Communis.*

*Ager* communis quoad pastum, non potest profundi nec coli nova cultura. 2. 667. 7

super *Agris* communibus si lata sit sententia, attentata non revocantur juxta legem Toletanam. 2. 607. 9

in *Agris* communibus, cultis tamen, quid præscriptio temporis efficere valeat. 2. 668. 8

*Agri* communes duabus civitatibus an possint ab altera eorum coli, si per hanc cultuam impe diatur communis pastus, altera minim è contentiente. 2. 667. 6

*Privatus.*

*Agri* privati, in quibus privati dominium habent speciale, possunt coli veteri vel novo cultu, etiam si pastus communis ex hoc impediatur. ibid. \*

*Agri* privati dominus an possit eundem agrum præsumere, & constituere. 2. 664. 2\*

*Agri* privati culturam potest dominus ejusdem liberè mutare. 2. 666. 5

